



Cynth
H




242 11/13/73


Rosenthal


242











BOEKEN

GEGEVEN

TOEGECEGUNDE

STUDIEN

ZINKENHOF



22012795
ISL

JOHANNIS
KIRCHMANNI
Lubecensis
De
ANNULIS
LIBER SINGULARIS

16



23.



L U B E C A E ,
Typis & Sumptibus SAMUELIS
JAUCHII, Bibliop.

Moriturna mortuorum
Mortuorum

Dn. IANO RUT

GERSIG SERENISSI

GUSTAVI ADOLPHI

CONFESSORIS ET PATRONI

ORDINIS

JOHANNES KIRCHER

ANNAE

AUGUSTINOPOLIS

TIME REFUGIIS

VINCENTIUS

XXII XXII XXII XXII XXII XXII
XXII XXII XXII XXII XXII XXII

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO
viro

DN. JANO RUT-
GERSIO SERENISSI-
MI SUECIAE REGIS

GUSTAVI ADOLPHI
Consiliario & ad Potentissimos
ORDINES

Belgij Fæderati Legato, Domino &
amico suo magno
JOHANNES KIRCHMANNUS
S. P. D.

A Nni sunt hodie
Anovem, Nobilis-
fime Rutgersi, quan-
do

DEDICATIO.

do hac transiens, ad
me, quem Rostochio
huc commigrasse in-
tellexeras, salutandi
causâ ultro veniebas,
& quæ tua est humani-
tas, me nihil tale cogi-
tantem ad amicitiam
tuam non admittebas
solum, sed & advoca-
bas. Ex illo tempore
et si quidem Fortuna

Job & *XII*

te

DEDICATIO.

te & Virtus certatim
ad amplissimas digni-
tates evexere: non ta-
men semel conceptos
amoris nostri ignicu-
los intermori passus
es, sed eos non solum
absens int tot nego-
tia, quibus quotidie
distringebaris, suavis-
simarum epistolarum
quasi flabello ventila-
ti:
): (3

DEDICATIO.

sti: verum etiam quo-
ties in hanc Urbem
venisti, ea benivolentia & amoris signa
mihi incoram ostendisti, ut majora vix
posses ullie eorum, quos
quotidianus vitae usus
tibi adjunxit. Hæc tua
singularis humanitas
ita mecepit, ut ratio-
nem mihi esse ineun-

dam

DEDICATIO.

dam putarem, qua
meam quoque erga
te obseruantiam de-
clarare, nisi vellem
perpetuam ingratitu-
dinis notam sustine-
re. Quare cum hoc i-
pso temporis articu-
lo, quo Serenissimi &
fortissimi Regis tui ad
Belgij Foederati Or-
dines Legatus hâc de-

: (4 nuo

DEDICATIO.

nuo transis glibellus
noster De Annuli, fat-
tione an casu s Typo-
graphi opera absolu-
tus exiret, largiter mihi
in genium amici-
tiæ nostræ peccatu-
rus videbar, si eum al-
teri quam tibi inscri-
berem. Præter enim
quam quod tu me ad
illum perficiendum

DEDICATIO.

& divulgandum cre-
bro hortatus es, tu
quoque omnium o-
ptime judicare de his
studijs potes; quæ ab
inceunte ætate sic sem-
per coluisti, ut jam
in Repub. literaria
unanimi suffragio o-
minum literatorum
hus spectandi in ipsa
orchestra consequi-
tus

DEDICATIO.

tus sis: quæque sicut
tiam nunc amas, hūt
nec in gravissimis oc-
cupationibus notuiss;
non in difficilimis &
periculosissimis itiner-
ribus, quibus fere flo-
rem ætatis tuæ cōne-
trivisti, priscos scri-
ptores è manibus de-
ponas. Testantur id
libri Variarum Le-

DEDICATIO.

ctionum, multiplici
eruditio*n*is copia re-
ferti, quibus æterni-
tati nomen tuum con-
secrasti: testabuntur
id Venusinæ Lectio-
nes, quibus ut aliquid
otij nactus extremam
tandem manum im-
ponas, nec earum e-
ditionem orbi diuti-
us invideas, omnes

Mu-

CEBUP

DEDICATIO.

Musarum alumni te
rogamus. Nolo hic
ceteras animitui do-
tes recensere, ne quid
auribus tuis dare lvi-
dear. Hoc tantum
à te etiam atque eti-
am peto, ut tenuem
hunc libellum, quem
clarissimi nominis tui
auspiciis jam in publi-
cum emitto, tan-
quam

DEDICATIA

quam exiguum pi-
gnus & monumen-
tum magnæ in te ob-
servantiae magnique
cultus benigna fron-
te accipias, eique lo-
cum aliquem in sele.
Etissima tua biblio-
theca assignes. Quod
isi, ut spero, à te impe-
travero, voti mei sum-
mam metu consequu-
mis up tum

DEDICATIO.

tum putabo. Vale
Vir Amplissime & me
solito amore comple.
Eti persevera. Datum
Lubecæ a. d. IV. Ka-
lend. Decemb. Anno
Christi CIC. CC. XXIII.

os(+)s

IOHAN,

IOANNES RUTGERSIUS
IOANNI KIRCHMANNO SUO
S. D.

Perlegi, Vir Clarissime, & ita
me Deus amet, perlegisse ju-
cundum fuit, ea folia, quae è tuo
De ANNULIS Libello ad me misisti.
Tamen enim accurate, tantaq; cum
eruditione tota ejus Historia à te
tradita est, ut neq; ei ad perfectio-
nem, neq; tibi ad summam laudem
quicquam deesse videatur. De quo
ego plura dicerem, si tot mihi lin-
guæ forent, quot tu eo libello tibi ob-
ligasti. Quod verò me potissimum
eligere tibi placuit, cuius honori
tam præclarum laborem dedica-
res, verba non invenio, quibus
gratias tibi condignas agam. Sed
totum

totum illud, cui ego solvendo non
sum, à tantopere devinctā tibi
& presenti & venturā etate
feres. Interim quando ali-
ud, quod reponam, nihil ha-
beo, hunc animum in perpetuum
tibi devo veo. Cujus ego, ut tu
tuum erga me hoc ANNULO tuo
obsignasti, testem atq[ue] ob sidem
hanc epistolam esse volo. Vale Vir
Clariſſime, &, quod facis, te imi-
tar i perge. Dabantur Hamburgi,
ipsis Kalend. Decembribus, cīo.
130. xxiii. Dionysiano.

16.23
os(+)sc



Johan.

I.

JOHANNIS KIRCHMANNI
DE ANNULIS
LIBER SINGULARIS.

CAPUT I.

*Annuli etymon & varia significations. Ungulas,
Condalas.*

Annulorum historia non admodum in vulgus nota est , quæ tam multos insignes & notabiles ritus continet , quorum explicatio magna luce perfundere poterit priscos scriptores. Ea re nobis visum fuit, quæ de ijs sparsim legimus, hoc libro collecta vulgare, & hanc operam gratificari illis, qui antiquitatis & humaniorum literarum studio tenentur. Ne verò quenquam longiore antelogio detineamus, jam nunc à carcibus profilimus in ipsum circum , quæ ita decurremus , ut à nominis notatione, quod in quaq; re Stoici facere consueverunt, exorsi, ut aliud ex alio in mentem nobis inciderit, ita quodq; persequamur.

Annulus igitur vel, ut alij scribunt, *Anulus*, & *Anellus*, diminutiva sunt , & à voce *Anus*, quæ circulum significat, derivantur.

A

Nam

Nam ut parvuli circuli annuli: sic magni dicebantur anni, teste Varrone lib. v. de ling: Latina: qui etiam hinc *tempus illud, à bruma ad brumam dum Sol redit, Annum dici autumat.* Cui adstipulatur Servius in lib. i. Aeneidos: *Annus dictus quasi anus, id est, annulus, quod in se redeat: ut est in secundo Georg: Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.* Ob quam causam etiam annus apud Agyptios, ante inventas literas indicabatur picto dracone caudam suam mordente: quia in se recurrit, ut ait idem Servius ad hæc verba: *Septem ingens gyros lib. v. Aeneidos.*

Habet igitur hæc vox duplificem significationem, Laxam & Astrictam. Hæc est, qua usitatum & vulgo notum digitorum gestamen propriè denotatur. Græci à digitis Δακτύλιον appellavere, teste Plinio l. xxxiii. cap. i. Prisci *Vngulum* interpretati sunt; quod, præter Plinium dicto loco, testatur Festus: *Vngulus Oscorum lingua annulus.* Pacuvius in Jliona: *Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum.* Et in Atalanta: *Suspensum in lævo brachio ostendo ungulum.* Idem autem Festus notat annulum

nulum quoque *condalum* dici solitum. *Condalus*, ait, *annulus*: *Condalium* similiter *annuli genus*, à Græco Κόνδυλος, quod digitum articulum significat: mutato v in a, ut κύλιξ calix. Plaut. *Trinum*: Act. III. sce. III. vers. VII. *Satin' in thermopolio condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem.* Et vers. xv. *Inter eos ne homines condalium te redipisci postulas?* Idem Plautus Menandri fabulam, quæ Λαυτόλιον inscribitur, & ab Athenæo lib. VI. laudatur, cum vertere vellet, *Condalium* eam nominavit, ex qua Varro libr. VI. de Ling.: Lat: locum quendam citat.

Laxior significatio est cum Annuli appellatione signamus, quicquid ferè orbiculari formâ præditum est. Quo sensu *Annulos velares* dixit Plinius, quibus aulæa & cortinæ contrahuntur, aut expanduntur lib. XIII. c. IX. *Lignum intus* (loquitur de Persica Ægypti) grande, firmæq; duritiæ, ex quo velares detornant annulos. *Loricam* quoq; esse tunicam ex anulis ferream ait Varro. lib. IV. de Ling. Lat. Et compedes, quibus noxiорum, vel fugitivorum pedesvinciuntur, *Annulos* vocavit Mar-

trialis cum alibi, tum libr. iii. Epigr: xxix.
quo Zoilum perstringit, qui ex servo
eque factus priores annulos, puta com-
pedes, Saturno dedicabat:

*Hai cum gemina compede dedicat catenas
Saturne tibi Zoilus annulos priores.*

Eodem significatu & Apulejus summis lib.
ix. Metam. ubi describit homines in pistri-
no laborantes, quorum nonnulli exiguo te-
gili tantummodo pubem injecti; cuncti tamen
sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti,
frontes literati, & capillum semirasi, & pedes
annulati. Sed & de intortis illis crinibus,
qui alias cirri dicuntur, usurpat idem
Martialis lib. ii. Epigr: LXVI.

*Vnus de toro peccaverat orbe comarum
Annulus, incerta non bene fixus acu.*

De Inauribus Plautus in Pœnulo Actu.
v. sce. ii.

M I L P H. Viden' homines sarcinatos consequi?
Aḡ, ut opinor digitos in manibus non habent.
A G O R. Quid jam? M I L P H. Quia incedunt enim
annulatis auribus.

Eodem modo etiam apud Græcos
Annulus vox variè accipitur. Nam præter-
quam quod, ut apud Latinos Anus, sic
ipsa quoque podicem significat, etiam re-
tibus

tibus τὸν δακτυλίον tribuit Xenophon libro de Venatione; Et utrasq; rotæ extremitates; & ferreos illos circulos, per quos habenæ trahuntur: & perforatos lapides, quibus alligare rudentes solent, Δακτυλίον appellari, notat Jul: Pollux lib. i. Onomastici cap. x. xl. Et lib. x. cap. xxx.

CAPUT II.

Annulos à Prometheo originem trahere fabulosum. Eorum usum apud Hebraeos & AEGyptios etiam ante Trojana tempora extitisse. Grecos lignis à vermis exesis res quasvis ante inventos annulos signasse. Θριπόδεσμον Romanos à Sabinis vel Hetruscis annulorum usum accepisse. Statuas quoque annulis fuisse ornatae.

Rigo annulorum incerta est. Fabulæ illorum vetustatem à rupe Caucasea repetunt & Promethei vincula eò detorquent. Narrant enim ipsum, quod ferulâ ignem è cœlo furtim sustulisset, à Jove ad Caucasum religatum, & volucri objectum; sed postea, cum Jovem monuisset, ut à Thetide abstineret, nisi vellet ab eo, quem ipsa partitura esset, regno expelli, ejus indulgentia ab Hercule liberatum, hac tamen lege, quoniam juraverat, se nunquam eum

soluturum, ut ad pœnæ præteritæ indicium annulum ferreum dígito gestaret, cui saxe fragmentum esset inclusum: hoc exemplo deinde mortales in gratiam Promethei annulos primum digitis induisse. Plinius in Præfatione lib. xxxvi. & Servius in vi. Eclogam Virgilij. Verum hoc Plinio merito videtur esse fabulosum, cum libro xxxiii. cap. i. inquit: *Pessimum vitæ scelus fecit, qui annulum primus induit, nec hoc quis fecerit traditur.* Nam de Prometheus omnia fabulosa arbitror, quam illi quoq[ue] ferreum annulum dederit antiquitas, vinculum q[ui] id, non gestamen intelligi voluerit. Quomodo & apud Germanos fortissimus quisq[ue] ferreum annulum [ignominiosum id genti] velut vinculum gestabat, donec se cæde hostis absolveret, teste Tacito de Moribus Germanorum. Trojanis temporibus Annuli usum fuisse ignoratum affirmat idem Plinius, hac ratione ductus, quod Homerus eorum nullam fecerit mentionem, cum & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet Iliad. ζε conditas arcis vestes, ac vasa aurea, argenteaque & ea colligata nedi, non annuli nota Odyss. 6.

De

De Græcis quidem hæc verè dicuntur. Nam hos, & præsertim Lacones, ante inventum annuli signatorijusum, lignis à vermibus exesis res quasvis signasse, legimus in Græcorum commentarijs. Hesychius: οἱ λάκωνες σφραγῖσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ θειπῶν βεβρωμένοις κατασημανομένοις ὅποτε βύλοιντο. Ubi ex Philostephano tradit, Herculis id fuisse inventum. Hinc signacula illa θειπήδεσσα & θειπόβρεγα fuerunt nuncupata. Etymologici autor: θειπήδεσσα, τὰ ὑπὸ τῆς θειπῶν διαβεβρωμένα ξύλα, οἷς ἀντὶ σφραγίδος ἐχρῶντο. Eustathius odyss: αἱ θειπήδεσσα, ξυλίφια τὰ ὑπὸ θειπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐχρῶντο οἱ σφόδραιοι κονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. Suidas θειπήδεσσα, ξύλα ὑπὸ θειπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐσφράγιζον. Atque huius consuetudinis fit mentio apud Lycophronem Cassandrâ, & Aristophanem θεσμοφοριαζόσαις ut præter Caſaubonum notavit Clariss: Meursius ad Lycophronis Cassandram. Sed apud Hebræos, & Ægyptios etiam ante Iliaca tempora annulos fuisse usurpatos appareret, cùm ex facto Judæ, qui Thamari nurui suæ, quam fornicariam esse putabat, mercedem concubitus hædum poscenti, pignoris loco dedit annulum, cum mo-

§ JOHAN. KIRCHMANNI

nili, & virga. Genes. xxxviii. vers. xiiij. tum etiam ex historia Josephi, qui à Pharaone Ægypti rege annulo signatorio donatus legitur Genes. cap. xli. & apud Joseph. lib. ii. cap. iii. Atque ideo non possum satmirari, cur Plinius lib. xxxiii. cap. i. negat Ægyptios annulis usos esse : Nullos omnino annulos, inquit ille, major pars gentium hominumque etiam, qui sub nostro imperio degunt, hodieq; habet. Non signat oriens, aut Ægyptus etiam nunc, literis contenta solis. Nisi fortè Plinius de privatis hominibus intelligendus est, cum Moses de regio annulo loquatur. Fuit tamen usus annularum Ægyptijs etiam tunc cognitus : a quibus ille, ut multa alia, ad Græcos manavit, & inde rursum fortè ad veteres Italiæ populos. Nam Sabinos etiama Romuli temporibus annulos gestasse autor Dionysius Halicar. libro. ii. pag. 105. ubi de Tarpeja, Καὶ αὐτῶν ἔρως εἰσέχεται τῶν Φαλίων, ἐπεὶ τοῖς αἴριστοῖς βραχίονιν ἴφορεν καὶ τῶν δακτυλίων. Χρυσοφόροι γὰρ οὐβίνοι τότε καὶ Τυρρηνῶν χρήτοι εἰσεδιαύποι. Id est: Hanc cupido subiit annularum, & armillarum, quas illi gestabant in sinistris brachj.

chijs. Gaudebant enim tunc Sabini aureis
ornamentis, & non minus, quam Hetrusci
melli vietu ac cultu delectabantur. Suidas
de eadem historia: ὅρων οὐρανίδας ἀπὸ χει-
ρὸς τοῦ Φέλλια ταῖς χερσὶν ἐπιθύμητε τὰ χειρεῖς.
Eadem Livius libro I. quanquam de re
ipsa dubitare videtur: additur fabula, quod
vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis
brachio lato gemmatosque magna specie an-
nulos habuerint, pepigisse eam, quod in sini-
stris manibus haberent. A Sabinis igitur
hunc morem Romani videntur accepisse;
vel certè ab Hetruscis, quod innuere
videtur Florus, qui inter alia magistra-
tuum insignia, quæ Tarquinius Priscus à
Tuscis debellatis sumvit, etiam annulos
ponit I.I.C. v. Duodecim Tusciae populos fre-
quentibus armis subegit. & inde Fasces, Tra-
beæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta,
Prætexta. Sed quicquid sit sive ab his, sive
ab illis annulorum usus ad Romanos per-
venierit, hoc constat, ipsostardè hanc con-
suetudinem amplexos, & ne Reges quidé
omnes annulis delectatos fuisse. Nam
præter Numæ & Ser: Tullij statuas, nul-

A s lam

lam aliam ex ijs , quæ Regibus in Capitulo positæ erant, annulum habuisse autor Plinius lib. xxxiii. cap. i. Nullum habet Romuli in Capitolio statua, nec præter Numa Servijq, Tullij alia, ac ne L. quidem Brutii. Hoc in Tarquinis maximè miror, quorum è Grecia fuit origo , unde hic annulorum usus venit , quanquam etiam nunc Lacedæmoniæ ferro utantur. Sed à Prisco Tarquinio omnium primò filium , cum in prætextæ annis oceidisset hostem , bullæ aurea donatum constat : unde mos bullæ duravit, ut eorum , qui equo meruissent , filij insigne id haberent, ceteri lorum. Et ideo miror Tarquinij ejus statuam sine annulo esse. Quod verò de statuis annulo ornari solitis Plinius scribit , id ipsum etiam Cicero confirmat , qui libr. vi. Epist. i. ad Atticum ex statu amictu, annulo, imagine colligit ejusdem Scipionis Africani statuam esse & quæ ad Opis & quæ ad Pollucis ædem posita esset : *De statua Africani ain' tu? Scipio hic Metellus proavum suum nescit Censorem non fuisse?* Atqui nihil habuit aliud inscriptum nisi Cos. ea statua, quæ ad Opis per te posita in excelsò est. In illa item , quæ est ad woluðeūnus, hercule

cule inscriptum est. Cos. quam esse ejusdem status, amictus, anulus, imago ipsa declarat.

CAPUT III.

Annulos vel è simplici metallo vel è mixto. Samothraci qui? Annulos partim solidos, partim cassos. Flamines Diales quo annulo nisi? Annulos alios gemmam habuisse, alios ea caruisse. Gemmas fuisse vel figurā aliquā insignes, vel nulla. Tres annuli partes: Orbiculum, Palam sive Fundam, & Gemmam. πύελος, πυελίς, σφειδόνη, ΦῆΦος. Annulos etiam ex integra gemma, è succino & ebore fuisse.

Annulorum non unum genus repertio. Alij fiebant è simplici metallo, puta ferro, argento, auro. Alij autem è metallo mixto. Nam vel inaurabant ferrum, & argentum, vel aurum ferro cingebant. Erant enim quidam Annuli οἰέντος σιδηροῦ, quidam οἰέντος. De his Artemidorus lib. II. ὀντροκριτικῶν cap. v. Δακτύλιοι ἔκτος σιδηροῦ αἴγαδον μὲν, ἐν ἀρευ δὲ καράτῳ τῷ αἴγαδῷ σημαίνοσι. Annuli extra ferrei bonum quidem, sed non citra laborem ipsa bona significant. De illis Plinius lib. xxxiii. cap. i. Nec non & servitia jam ferrum auro cingunt: alijs per se mero auro, decolorant, cuius licentia origo nomine ipso in Samothrace id

institutum declarat. Vtriusque generis annulos gestasse videtur Trimalcio ille Petronianus, de quo Satyricus: *Habebat etiam in minimo digito sinistra manus annulum grandem, subauratum; extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, sed planè ferreus velut stellis ferruminatum.* Dicti vero hi annuli Samothracij teste Plinio, sive è ferro essent fabricati, & auro cincti; sive è mero auro, & colore quodam fusco decolorati. Neque enim audiendus Isidorus, qui libro xix. cap. xv. de Annulis, *Samothracium aureum quidem esse afferit, sed capitulo ferreo à loco ita vocatum.* Nam etiam è ferro fieri solitos indicat Lucretius libro vi. differens de magnetæ ferrum alliciente:

Exultare etiam Samothracia ferrea vidi.
Erant etiam alij, quibus cum circulus totus esset aureus; sigillum tamen gemmæ loco erat argenteum: & è contrario, quibus circulus erat argenteus, sigillum vero aureum: Cujusmodi videre est apud Gorlaum Num. 95. 96. 97. 98. Rursum alij erant Solidi, alij Cassi, & pervij. Artemidorus

dorus libro II. cap. II. Αεὶ δέ ἀμείνονες οἱ ὄλο-
σφυροι, οἱ γὰρ κενοὶ ηγῷ θεῖον ἔνδον ἔχοντες δόλῳς καὶ
ἐνέδρας συμάντος, διὸ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ ἐγκεκρυ-
μένον. οἱ δὲ μείζονες ταῖς πλεοσδοκίαις τῶν ὀφελειῶν,
διὸ τὸ μείζονα τὸν ὄγκον τὸ βάρευς ἔχειν i.e. Semper
autem meliores sunt annuli ex toto fabrefa-
cti, nulla inanitate εἰς completi. Vacui enim
cavīq; εἰς qui divinum ac sacrum quippiam
intra se habent dolos ac insidias significant,
ob id, quod in se continent occultatum. Vacui
verò ac cavi etiam majores expectationes,
quām commoditates præagiunt, propterea
quod majorem molem, quām gravitatem ha-
bent. Solidis non licebat uti Flaminibus
Dialibus, sed tantū cassis & pervijs. Fe-
stus in Edera: Sed ne annulum quidem gere-
re Flamini Diali licebat solidum. Agellius
lib. x. cap. xv. Flamini Diali annulo uti,
nisi pervio cassoḡ, fas non est. Rursum alii
erant sine gemma, qui Græcis ἀπειροι, ἀλι-
θοι, ἀψηφοι dicuntur. Aristoteles libro III.
Φυσικῆς αἰχροάστεως cap. ix. ηγῷ γὰρ τὰς δακτύλιες
ἀπέρευς φασὶ τὰς μὴ ἔχοντας σφενδόνια. Etenim
annulos illos, qui pala carent, ἀπέρευς esse
ajunt. Julius Pollux libro VI. capit. xxxiii.
Tit. VII. τὸν δὲ περιφερῆ, ηγῷ ἀλιθον δακτύλιον,
ἀπέρευς καλεῖται: nisi forte ἀπειρον scriptum
xeli.

reliquit Pollux. Nam ἀπέίγων valet quidem idem quod ἀπέιγος, sed poëticum est. Artemidorus ἀψίφος vocat libro II. cap. v. Cujus verba mox asscribam. Hujus generis annuli duo sunt apud me, quorum alter exterius octangulā, intus rotundā forma constat, & inscriptionem habet **GENIO CASSI SIGNIE.** cuius copiam mihi fecit illustris Marcus Velserus Reipub: Augustanæ II. V I R Præfectus, columnen antiquitatis, & Germaniæ nostræ, cum viveret, lumen: in cuius obitu quantum literæ jacturam fecerint, vix decem linguis quis explicare possit. Alter in orbiculo, qua parte gemmæ solent claudi, continet has literas NER quadrangulæ figuræ inclusas: Hunc donavit mihi Nob: & ampliss: Janus Rutgersius potentissimi Sueciæ Regis **G U S T A V I A D O L P H I** Consiliarius & legatus, de cuius admirabili ingenio & insigni eruditione nunquam ita magnificè quicquam dixero, quin id virtus illius superet.

Alij verò gemmam habebant, eamq; vel figurâ aliquâ insignem, vel nulla: Plinius libro XXXIII. cap. i. *Multis hoc modis, ut cetera*

cetera omnia luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuq; opimo digitos onerando: mox & effigies varias cælando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Alias deinde gemmas violari nefas putavit, ac ne quis signandi causam in annulis esse intelligeret, solidas induit. Quid est quod duas quoque gemmas (fortè & plures) uni anulo insertas fuisse, videre est ex Epistola Valeriani Imperatoris, ubi annuli bigemmei uncialis fit mentio apud Trebell; Pollutionem in D. Claudio. Notat cl.v. Elius Everhardus Vorstius Celfissimi ac invictissimi Herois D. MAURITII Princis Auraici & Comitis Nassovij Medicus ordinarius in Commentariolo de Annulorum origine, quem Abrahamus Gorlaeus Dactyliothecæ suæ præfixit, nullum fuisse lapidis pretiosi genus, modò aut scalpro aut cælo corrumpi posset, quod antiquis illis luxuriæ magistris intactum sit relictum: Soli Adamanti ob indomitam, ut credebatur, duritiem parcitum: sed hic quomodo vitiaretur nostra ætate reperisse Mediolanensem quendam Jacobum Trecciam, qui Philippi Hispaniarum

rum Regis gentilitia insignia Adamanti summa arte insculpsit. Cum verò omnes ferè gemmæ ad usum sigillorum incidentur aut cælarentur , tres tamen maxime omnium ad hos usus aptabantur, Achates, Onyx, & Sarda, eò, quod ceram non traherent , pulcherrimèque ac sine labe effigiem exprimerent. Vitreas gemmas in annulis vulgus usurpabat. Plinius libro xxxv. capit. vi. extremo : *Annulare* (color annularis) quod vocant candidum est , quo muliebres picturæ illuminantur. Fit & ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis ex vulgi annulis: unde & annulare dictum.

Ceterum imagines, quæ gemmis incidebantur , aliæ erant cavæ , quæ scalpro siebant : Aliæ extuberantes prominentesque , quæ cælo : unde & gemmæ , quæ ejusmodi imaginem exhibebant, *Ectypæ* dicebantur, αὶς ἐκτύπης ἔχει τὸ πόνον : Seneca lib. iv. de Beneficijs. c.xxvi. Paulus Prætorius in convivio quodam Tiberij Cæsaris habens imaginem ectypæ & prominente gemma.

Talis igitur annulus, qui gemmam habet, ut id quoque hoc loco moneam, constat

stat tribus partibus: Orbiculo, Pala, Gemma. Apulejus in Floridis de Hippia philosopho: *Etiam pedum tegumenta crepidas sibi compegerat, & annulum in leva aureum faberrimo signaculo: quem ostentabat. ipse ejus annuli & orbiculum circulaverat, & palam clauserat, & gemmam insculpserset.* Orbiculus est ipsa annuli περιφέρεια. Pala [quæ & funda dicitur Plinio libro xxxvii. cap. viii. Præstantiores funda clauduntur,] est pars annuli, cui gemma inseritur. Philargyrus in iii. Georg: Paleam appellat. Pollici πυελὸς vel πυελίς dicitur: καὶ δακτυλίς τὸ μῆνον κύκλος, πέδε ἵνα ὁ λίθος ἐν αρμοῖσται, πυελός τε καὶ πυελίς. Harpocration: πυελίδα τὸ οὐρανὸν λεγέμενον σφραγίδα φυλάκειον. Alij σφεδόνω vocant. Glossarium: Paleta, lege Pala σφεδόνη δακτυλίς. Julius Philargyrus in iii. Georg: Palearia. Unde & paleæ, quæ collum amplectuntur, & ea pars annuli, quæ gemmam cohibet, propter similitudinem Palea dicitur. Cic: de offic: iii. Cum paleam ejus annuli converteret. Quanquam exemplaria Ciceronis antiquissima palam non paleam legunt, ut observavit Johan à Wower. Gemma annulo inclusa Græcis di-

citur ψῆφος. Svidas: ψῆφον καλέμεν λίθον τὸν στῶ δωκτυλίῳ, οὐ τῷ χειράτων αἰρεθμὸν. Hinc Artemidorus libro II. cap. v. ἀγαδοὶ ἐκαὶ οἱ ψηφοῖ οἴγε ψῆφος ἔχοντες. ἐπεὶ οἴγε αἱ ψῆφοι ὡκεαδεῖς τὰς ἐγχειρήσεις οπισθίας, διὰ τὸ αἱ ψῆφον. ψῆφον γέ καλέμην ὡσερ λίθον τὸν δωκτυλίῳ, εἰτα δὴ ηφῆται τῷ χειράτων αἰρεθμὸν. hoc est. Boni sunt etiam aurei, qui lapillos habēt nam qui lapillis carent, minimè lucrosas aggressiones significant, propterea, quod ψῆφος non habent. ψῆφος enim vocamus tum lapillum in annulo, tum etiam pecuniarum numerum. Erat & gen^o annulorum, quib^o clavis erat adjuncta ad duplificem usum, signandi aperiendique. Cujusmodi annulos (ferreos tamen, ut apparerat servorum fuisse, aut vulgarium militum) in Batavis erutos complures se vidisse testatur Justus Lipsius ad Tacitum, qui formam eorum exhibet, uti & Hadrianus Junius in Historia Bataviæ cap. x. imprimis verò Gorlæus Num. XLII. Nec verò ex metallo solum, sed & ē succino, & ebore, integrisque gemmis annulos factos legimus. Annulum ex Sarda integra cum pala aurea, & circulo argenteo exhibet Gorlæus in Dactyliotheca sua Num.

Num. ci. Succineorum, Eburneorumque meminit Artemidorus libro. II. capit. v.
 Σέκινοι ἡ καὶ ἐλεφάντιοι καὶ ὅσοι ἀλλοι δακτύλιοι γίνονται, γυναιξὶ μόναις συμφέροι : Succini et eburnei, et quicunq; alij fieri annuli solent, solis mulieribus conferunt. Svidas eadem : Σέκινοι καὶ ἐλεφάντιοι δακτύλιοι γυναιξὶν εἰσι σύμφοροι. Succino autem multūm gavisas fuisse mulieres, testatur Plinius lib. xxxvii. capit. ii. Proximum locum in delitiis, fæminarum tamen adhuc tantūm, succina obtinent, eandemq; omnia hæc, quam gemma auctoritatem. Hinc Ovidius lib. ii. Metamorphoseos de Phætoniadum lacrimis :

sqc
Inde fluunt lacrima, stillataq; sole rigescunt
De ramis eleætra novis, qua lucidus amnis
Excipit et nuribus mittit gestanda Latinis.

Prudentius περὶ τοῦ Φάνων de Eulalia :

IIII
Spernere succina, flare rosas
Fulva monilia respuere &c :

CAPUT IV.

Annulos utraq; manu quidem gestatos et potissimum sinistrâ et quare? Digits omnes, excepto medio, annulis oneratos. Ratio Aegyptiaca de vena à corde ad digitum annularem per gente refutata. Κορίανον. Αναργες.

SED nec modus gestandi annulos unus idemque apud veteres fuit. Dextra

quidem gestatos, evidenter ostendit Jermias, qui capit. xxii. vers. xxiv. Deum inducit sic loquentem : *Etiam si esset Connia filius Joacim regis Iude annulus signatorius in manu dextra mea, inde evellam eum.* Sirachus capit. xlix. vers. xiii. *Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextra manu Israel.* Apud Romanos verò ante usum gemmarum (si Attejo Capitoni apud Macrob. libro vii. fides habenda est) cum sculptura adhuc annuli materiæ imprimebatur, sive ex fero foret, sive ex auro, gestabatur, ut quisq; vellet, quacunq; manu, quolibet digito. Sed postquam gemmæ etiam addi cœperunt, sinistra potissimum manus huic gestamini destinata fuit: nisi quod interdum homines supra modum molles, & luxuriæ dediti, etiam dextram in subsidium vocabant, si fors sinistra ferendo oneri non esset: id quod subindicare videtur Lucianus in Navigio, apud quem cum Timolaüs multos sibi annulos optasset, quorum beneficio & re. Etè valeret, & robore alios superaret, & alios in soporem collocare, aut aliud quippiam, quod conditionem humanam

exce-

excedat, præstare posset, quærerit ex ipso Lycin⁹: Ἀπέρ εἰπέ μοι ηγῆ πόδε, πὶ δὴ ποτὲ χεῖσ δακ πλιος ἀπαντεῖται διώσται σοι, ἀλλὰ ποστέται πε-
επιμένεις βαδίη, τὸν αἰρεσθέν πεφορήσμένος, πατέ-
δακτυλον ἔνα, μάτιον ἢ υπερπάχειον αἰρέθμος οὐ
δεῖσθαι τὸν δεξιον σωεπιλαβεῖν. At vero etiam
hoc responde mihi, cur tandem non unus an-
nulus omnia tibi ista potest, sed tam multis
revinctus sinistra gravata per singulos digi-
tos & imò verò excedit numerus & necesse
erit etiam dexteram ferendo oneri succedere.
Quòd autem læva manus annulorum se-
des fuerit, sicut hodieque est, multa scri-
ptorum loca testantur, Plin: lib. xxxiii.
cap. i. Manus & prorsus sinistræ maximam
autoritatem conciliavere auro. Horat: lib. ii.

Sat. VII. —— sepe notatus

Cum tribus anellis, modo lava Priscus inane
vixit inegalis. ——

Silius Italicus lib. xl.

Quos signum illustre superbus

Mos lava gestare viru. ——

Tertullianus capite ultimo De habitu
muliæbri: Graciles aurium cutes Kalenda-
rium expendunt, & sinistra per singulos digi-
tos de fassis singulis ludit. Sed cur huic po-
tissimum manui annulos aptarit Antiqui-

tas, duas reperio rationes: Unam, quod læva sit otiosior, quam dextra, cuius officium fuisset non solum annulorum gestatione impeditum, sed & ipsi annuli crebro motu facile potuissent lædi. Diversè Attejus Capito apud Macrob: libro. vii. Saturn: *Postea usus luxuriantis etatis signaturas pretiosis gemmis cæpit insculpere, & certatim hæc omnis imitatio lacestivit, ut de augmento pretij, quo sculpentos lapides parassent, gloriarentur.* Hinc factum est, ut usus annulorum exemptus dextræ, quæ multum negotiorum gerit, in lævam relegaretur, quæ otiosior est: ne crebro motu & officio manus dextræ pretiosi lapides frangerentur. Alteram, quod hæc manus plerumque lateat, nec se tam crebro oculis hominum ingerat. Cum enim, qui primum annulos invenerunt, propter rei novitatem et insolentiam in propatulo eos gestare erubescerent, sinistræ manui tanquam magis latenti annulos induerunt, ne si apertè gestarent, in reprehensionem aliorum incurrerent. Hanc Plinius nobis suppeditat libro xxxiii. cap. i. Qui primus instituit (inquit ille) cunctanter id fecit

ficit, laevisque manibus ac latentibus induit, cum, si bonos securus fuisset; dextra fuerit ostendandus: Quod si impedimentum potuit in ea aliquid intelligi, etiam sartoris usus (retineo veterem lectionem defensam & explicatam ab Adr. Turnebo libro vi. Advers. cap. xxii.) argumentum est, majus in laeva fuisse, qua scutum capitur. Si etiam in levi, inquit, artificio sartorum, impedimentum futurum fuit gestato dextra annulo, quanto majus est, cum sinistra eo onerata tractatio clypei impeditur?

Dedigitis, quibus annuli inferebatur, copiosè Plinius, quem operæ pretium est audire: Singulis, inquit ille, primo digitis gerimmoſ fuerat, qui sunt minimis proximi. Sic in Numæ & Servij Tullij statuis videmus. Postea pollici proximo induere, etiam Deorum simulachris. Dein juvat & minimo dare. Gallia Britanniæq; in medio dicuntur usæ. Hic nunc solus excipitur, ceteri omnes onerantur. Vides inter digitos, qui annulo insigniebantur, primum fuisse eum, qui minimo proximus est, dictus ob id Δακτυλιώτης vel Annularis. Macrobius Medicinalem: Autor ad Herennium libro III. Medicum

vocat , ubi de memoriæ artificio tractans
ita imaginem quandam instruit : *Et reum
ad lectum ejus statuemus , dextra poculum,
sinistra tabulas, medico testiculos arietinos
tenentem.* Non enim dubium est , quin è
digito eo , qui sit minimo proximus, sus-
pensas haberí velit scorteas, id est, è testi-
bus arietinis pelliceas crumenas , ut lo-
cum hunc interpretatur Politianus cap.
LXII. Miscellaneorum. Cur autem com-
munis consensus annulum in hoc digito ,
& manu præcipuè sinistrâ gestandum sibi
persuaserit , de hac re Macrobius dicto
loco duas affert opiniones : unam He-
truscam , & Ægyptiacam alteram , quas
hic adscribere non pigrabor ; Hetrusca
desumitur ex fragmento Atteij Capito-
nis, quod extat apud Macrobius : *Electus
autem in ipsa læva manu digitus minimo
proximus , quasi aptior ceteris , cui commen-
daretur annuli pretiositas : Nam Pollex, qui
nomen ab eo, quod pollet , accepit , nec in sini-
stra cessat , nec minus quam tota manus sem-
per in officio est , unde apud Græcos ἄρνιξει
vocatur , quasi manus altera. Pollici verò vici-
nus nudus , & sine tuisione alterius appositi*

vide-

videbatur : Nam pollex ita inferior est, ut
vix radicem ejus excedat. Medium &
Minimum vitaverant, ut ineptos, alterum
magnitudine, brevitate alterum : Et electus
est, qui ab utroque clauditur, & minus officij
gerit, & ideo servando annulo magis accom-
modatus est. Ægyptiaca nititur funda-
mentis anatomicæ : Nam ut Disarius apud
Macrobius inquit : De hac questione ser-
mo quidem ad nos ab Ægypto venerat, de
quo dubitabam, fabulam ne, an veram ratio-
nem vocarem. Sed libris Anatomicorum
postea consultis, verum reperi, nervum quen-
dam de corde natum prorsum pergere usque
ad digitum manus sinistrae minimo proxi-
mum, & ideo visum veteribus, ut ille digi-
tus annulo tanquam coronâ circumdaretur.
Eadem ferè habet Agellius libro x. cap. x.
Veteres Græcos annulum habuisse in dito
accepimus sinistra manus, qui minimo est
proximus. Romanos quoque homines a-
junt sic plerumque annulis usitatos Cau-
sam esse huic rei Appion in libris Ægyptiacis
hanc dicit, quod insectis, apertisq; humanis
corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas

B s

Graci

Graci ἀνατομικοὶ appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum, ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire. Propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decrandum, qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Quæ αὐτολεξεῖ descriptis Johannes Salisberiensis libro vi. Policratici cap. xii. Gratianus Can. Fæminaæ x x x. quæst: v. ex Isidori lib. ii. de divinis officijs cap. xix. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur, quod in eo vena quedam, ut fertur, sanguinis ad cor usq; perveniat. Sed jam pridem explosa est hæc opinio à Medicis recentioribus, qui ex diligenti & accurata corporum humanorum sectione observarunt, nullam in digito annulari majorem illustriorem vē aliam, quæ ad cor perveniat, venam aut arteriam, quam in alijs reperiri, neque eum ullo peculiari privilegio aut naturæ indulgentia gaudere, ut causa nulla sit, cur hoc quidem nomine reliquis digitis præferri debeat. Tantum de Annulari: Porro eundem honorem quoque Indici tributum, testatur idem Plinius. Annul-

lum verò, quo Index ornabatur, Græci
κοριατες peculiari nomine dixerunt. Jul:
Pollux libro v. cap. XVI. Κοριατον ἐκάλυψε τῷ
λιχανῷ περιηγημένον. Sed de hoc digito
pauciora extant apud probatos autores
vestigia: plura de digitorum, ut Arnobij
voce utar, minimissimo, quem ipsum
quoque annulo ornari solitum testatur
idem Plinius eodem capite: *Sunt, qui tres
uni minimo congerant: alij verò & huic
vnum tantum, quo signanda signent. Condi-
tus ille, ut res rara, & injuria usus indigna,
velat è sacrario promitur: & vnum in mini-
mo digito habuisse, pretiosioris in recondito
supellectilis ostentatio est.* Et notat Gor-
läeus plerosque annulos sigillaritos, qui
hodie reperiuntur, circumferentia (Græ-
ci περιφέρειαν dicunt) adeo esse arcta seu
angusta, ut, nisi raro admodum alij, quam
minimo digito aptari possint. Dicebatur
autem hic annulus propriè ἄκαρες; Pollux
libro v. περὶ δὲ τῷ σμικρῷ δακτύλῳ ἐφέρεται ἄκα-
ρες ἐκάλυψε διὰ σμικρότητα. Ait, annulum istum
qui minimo digito gestabatur, propter
parvitatem dictum fuisse ἄκαρες. Nam
ἄκαρες Græcis idem est, quod μικρὸν vel εὐδέλλο
teste.

teste scholiaste Aristophanis. Hinc scriptores hominem lautissime divitem notaturi, tribuunt ipsi grandem in hoc dígito annulum. Petronius de Trimalcione: *Habebat etiam in minimo dígito sinistre manus annulum grandem subauratum.* Lucianus in Dial: Meretricijs, οὐχ δὲ οὐδὲν Παρεμένων δακτύλιον εἰ τῷ μικρῷ δακτύλῳ μέγιστη πολύγων.

Medium dígitum Plinius excipit, quanquam Gallis olim Britannisque morem fuisse asserit, ut eo annulos gestarent: Cujus tamen rei testimonium, non memini me alibi legere. Romani vero videntur ideo vitasse, quod hic dígitus, infamis vulgo & impudicus censeatur, ut legimus apud Pers: Sat: n. & Martialem libro vi. Epigr: lxx. Proditum autem memoriae est à Plinio libro xxviii. capie vi. singultum & sternutationem sedari, si quis annulum ē sinistra in longissimum dextræ dígitum transferat: quod utrum verum sit, naturalium rerum indagatores viderint.

Pollicem Plinius præteriit: Sed tamen eo etiam interdum gestatos fuisse annulos,

los, non obscure indicat Julius Capitolinus, qui Maximumm Cæsarem asserit fuisse pollice itavasto, ut uxoris dextrocherio uteatur pro annulo.

CAPUT V.

De Annulo Signatorio, qui & sigillaritus. Tabulas pactas & conventa continentes fuisse obsignatas. Ritus in testamentis signandis.

Sequitur de annulorum usu, qui multiplex, præcipuus tamen in signando: quam unicum fuisse annuli gestandi causam, indicat Atteius Capito apud Macrobius: *Veteres non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferabant*. Et ipsa vox *Signare* inter alia, teste Festo, etiam *annulo signa imprimere* significat. Ipse verò annulus, quo signa imprimebantur, dictus *signatorius* libro LXXIV. D. De verb: significat: & libro XXV. §. x: D. De Aur: Argento. Vopiscus *sigillarium* vocat in Aureliano.

Signabantur autem, ut usitatissimum hunc signandi morem per partes declarerem, inter alia primò omnes tabulæ, quæ pacta conventaque continebant. Cum enim

enim maxima pars mortalium fluxam fidem gerat, hæc à priscis inventa ratio est, ut impressis signis pacta conventaque servarentur. De qua re insignis locus exstat apud Senecam libro III. de Beneficijs capite xv. *Vtinam nulla stipulatio emptorem venditoremq; obligaret, nec pacta conventaque impressis signis custodirentur: fides potius illa servaret, & aquum colens animus.* Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem, quam spectare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatio contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpem humano generi fraudis ac nequitiae publicæ confessionem! Annulis nostris plus, quam animis creditur. In quid isti viri ornati adhibiti sunt? in quid impriment signa? Nempe, ne ille neget accepisse se, quod accepit. Et tamen reperiuntur hodie, repertique olim sunt, qui annulis suis obsignata inficiari non verentur; de quibus queritur Juvenal: Satira XIII.

Si

Si decies lectis diversa parte tabellis
 Vana supervacui dicunt chirographa ligni,
 Arguit ipsorum quos litera gemmaq; princeps
 Sardonichus, loculus que custoditur eburnis.

De tabulis Nuptialibus disertè Sueto-nius in Claudio capite xxix. Illud omnem fidem excesserit, quod nuptijs, quas Messa-lina cum adultero Filio fecerat, tabella de-tis & ipse consignaverit. Apulejus in Apologia: Habes Æmiliane causam totam, cur tabulae nuptiales inter me ac Pudentil-lam non in oppido sint, sed in villa suburbana consignatae. Juvenalis Sat. II.

Signata tabula, dictum Feliciter? ingens
 Cœna sedet; gremio jacuit nova nupta mariti.

Sponsiones quoque obsignari solitas, li-quet ex eo, quod Plutarchus de Cinnæ obitu narrat in Pompejo: ο δὲ φεύγων καταλαμβανόμενος ὑπὸ πνος τῶν λοχαγῶν μιμώτῳ ξίφει διάκρυτος, προσέπεσε τοῖς γόναις ιδεῖ τὸν σφραγίδα πελεκενε πολυτίμιον ψόγυ. ο δὲ ή μαλα υπελειπούσει πών. Αλλ' εἰς ἐγγύιων ἔχομαι σφραγίδας, αἵ τινες αὐτοῖς η παρεχουμενην θησαυρούμενος πύ-
 φανται, απέκτηνεν αὐτόν. hoc est: Cappa fugiens
 & de-

& deprehensus à quodam manipuli ductore, qui stricto ense eum insequebatur, submisit se ad hujus genua, ejq; annulum suum signatorium magni pretij obtulit. Ille verò cum eum increpasset perquam insolenter, At ego non ad sponsionem signandam adsum, sed ad nefarium & sceleratum tyrannum puniendum, eum obruncavit.

De Testamentis res est vulgatissima non solum ex Jurisconsultorum libris, sed & alijs scriptoribus. Cæsar libro i. de bello Gallico, ubi militum suorum, quibus jam jam adversus Germanos pugnandum erat, pavorem perstringit: *Vulgo* (ait) *totis castris testamenta ob-signabantur.* Apianus Alexandrinus libro i. ἐμφυλίῳ de excessu Syllæ: Σύλλας ἦν τοῖς αὐγοῖς εὐπνοι
ἔδοξεν ἴδειν, ὅτι αὐτὸν ὁ δάμων ἡδη καλοῖη. καὶ οἱ μὲν
αὐτίκαι μεθ' ἡμέρην τοῖς φίλοις τὸ ὄναρ ἔχειπων, δια-
θήκας συνέγραφεν ἐπιγόμδυος, καὶ αὖτις ἡμέρας συνε-
τέλει. σφεγγυομένῳ ἦν αὐτὸς περὶ ἐσπέρην περετος
ἐμπίκτη. *Sylla in rustico secessu somniavit,*
vocari se jam à fato: *Quamobrem mox ut*
illuxit, enarrato amicis somnio, testamenti
tabulas eadem die confecit: quibus ob-signatis
sub vesperam febris eum invasit. Cic: libro iii.
ad

ad Quint: Fatrem Epist: ultima De Felicis testamento tum magis querere , si scias. Quas enim tabulas se putavit obsignare (lapsus est per errorem & suum & Sicuræ servi) non obsignavit. Et Leg. xv. D. De Testamento militari. Et ideo, cum miles adduxisset testamentum suum, mox annulo suo signasset, qui super ea re cognitus erit, considerabit, quo proposito id fecerit.

Ad hujusmodi tabulas signandas etiam amici advocabantur , qui rei gestæ testimoniūm perhiberent, easque suo annulo confirmarent : Idque inter recepta Romæ officia numerabatur. Plin. libro i. Epist: ix. Ille me ad signandum Testamentum , ille in advocationem , ille in consilium rogavit. Idem libro ii. Epist. ult. Aurelia ornata fœmina , signatura Testamentum sumpserat pulcherrimas tunicas : Regulus cum venisset ad signandum, Rogo, inquit, has mihi leges. Suetonius in Tib. Claudio capite XLIV. Non multò post Testamentum etiam conscripsit , ac signis omnium magistratum obsignavit. Seneca Epist. viii. Non videor tibi plus prodesse , quam cum ad vadimonium advocatus descenderem , aut,

tabulis testamenti annulum imprimerem, aut in senatu candidato vocem & manum commodarem. Respexit hunc ritum Tertullianus in De Idololatria: *Signatae signis non Advocatorum, sed Angelorum.* Dicebantur autem hi testes classici. Festus: *Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebantur.* Dicti ijdem & *Signatores, vel obsignatores.* Cic. libro xii, ad Atticum. Epist. xviii. *Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui.* Et in orat. pro Cluent: Oppianicus *obsignatores ad eum, qui neque Asinum, neque Ajulum nossent adducit.* Juvenalis Satira I.

*Signator falso qui se lauum atq; beatum
Exquis tabulis & gemma fecerat uda.*

Idem Satira x.

Veniet cum signatoribus auspex.

Suetonius in Tiber. capite xxiii. Allusit etiam hoc Prudentius Hymno Epiphaniæ.

Hunc & Prophetis testibus,

Iudemq; signatoribus

Testator. & sator iubet,

Adire regnum & cernere.

Atque hos testes, si quidem ad tabulas testa-

testamenti obsignandas vocati erant, oportebat in conspectu testatoris uno & eodem tempore convenire , nomen suum subscribere , & annulo obsignare. Nam si quis ex testibus nomen suum non adscripserit , veruntamen signarit : vel si adscripserit se , non tamen signarit , pro eo est, ac si adhibitus non esset, ut ait Ulpianus in L. *Ad testium.* §. *Si quis.* D. *Qui testamentum fac.* Si etiam coram testatore non omnes eodem loco testes suo vel alieno annulo signaverint, jure deficit testamentum, ut est in L. XII. C. *de Testamen-* *tis.* Michaël Attaliata in synopsi, Tit. XXXII. *de imperfecto Testamento:* μὴ κεχτέτω διαθήκη ἐνώς τῆς μαρτύρου χωρίζομένης, εἰ μὴ πάντες, ὀρῶνται τοῦ διαλιθεμένου, κατὰ τὴν αὐτὴν τέπην σφραγίσωσιν ἐν ιδίᾳ ή ηγετικῷ δακτυλίῳ. Unde etiam hoc discimus , testes non suo tantum, sed & alieno annulo signare potuisse: Imò si testis ab ipso testatore annulum accepisset , & signasset , valebit Testamentum , ut est in L. *Ad testium.* D. *Qui testa. facere.* Addit verò Justinianus Imperator in. §. *Possunt.* Instit. *de Testamen-* *tis ordinandis* , potuisse omnes testes &

uno annulo signare Testamentum ,
potuisse & septem annulos eadem
& una sculptura esse , id est , eun-
dem χαρακτῆρα , idem ἀποφεγγίσμα
habere . Michaël Attaliata in synopsi
Tit. xxxi. de Testamento & codicillis :
ἔφελεις ἡ εἰδέναι , ὅτι καὶ ἐν δικτυλίῳ ἡ τοι βελ-
λωποίῳ διάντη σφραγίζειν οἱ μάρτυρες τὴν
διαθήκην . An verò quælibet alia , quam an-
nuli impressio in testamentis locum ha-
bere possit , Jurisc : disputant , ac magis est ,
ut annulo tantum quis possit signare , dum
tamen habeat charactera , L. xxii. §. v. D.
Qui testam. fac. Vide Cujac. libro xiv. Ob-
ser. capite xi. Quod si signa testamenti
vetustate vel alio casu interierint , sub-
scriptiones testium verò sint adhuc sal-
væ , testamenti fidem nullo modo labefac-
tam vult Leo Imp. constitutione lxxxii.
Κελούμενοὶ μὴ τῆς σφραγίδος ή σωτηρίας περι-
τῇ διαθήκῃ , τὴν αξιοπισίαν ὑποχεωφοῦ δύνανται
πεισμαρτυρεῖν , μὴ διαμαρτύρειν τὴν εἰρηνήν τοι
ἀντὶ . i. d. Iubemus etiam si sigilla testamenti
non supersint , si idoneam fidem subscriptiones
testamento adhibeant , ne quid ob eam rem te-
stamenti fides infirmetur ; ut emendat ac
inter-

interpretatur idem Cujacius libro xvii.
Obser. capite xxxii.

CAPUT VI.

*Annuli usus in obsignandis literis. Persarum reges
& Casares Romanos probata fidei viris annuli curam
commisso, qui literas obsignarent.*

Nec verò Tabulæ solum, quæ publici privatique contractus scripturam continebant, sed & Epistolæ, ac Diplomata annulis solebant obsignari; quem morem arbitror apud plerasque omnes gentes usitatum fuisse. De Romanis quidem putidum sit exempla apponere. De Judæis verò planum ex historia Achabi Regis Samariæ, cuius annulo obsignatæ fuerunt literæ, quibus Nabothus occidi jubebatur, libro iii. Reg. cap. xxi. vers. viii. Apud Persas quoque eundem morem obtinuisse testatur historia Esther capite viii. ubi Ahasuerus concedit Mardachæo potestatem mittendi literas regio annulo obsignatas ad omnes populos imperio suo subjectos, ut editum de extirpandis Judæis, quod Haman

man à Rege impetraverat, abrogaretur.
Et Xenophon libro i. Ελευνᾶς autore est,
Lacedæmoniorum legatum à Dario Per-
sarum Rege ad omnes Asiæ inferioris ho-
mines literas sigillo regio munitas secum
attulisse : Επιστολῶν τέ φέρεται καὶ πάντα
βασιλεῖον ἔχοντας φερόμενα. Erat verò ha-
rum literarum, quæ Regis Persarum an-
nulo obsignatae erant, tanta autoritas, ut
ijs nemo contradicere auderet. Nam
cùm Rex Mardochæo mandasset, ut lite-
ras suo nomine scriptas etiam annulo suo
obsignaret, mox addit ad firmandam au-
toritatem literarum, quibꝫ regium sigillū
impressum: ὅπου γε φέρεται βασιλέως ἐπίσημον
τὸν σφραγίδην τῷ Δακτύλῳ μου, οὐκ εἰν αὐ-
τῷς αἴρεται. Esther capite viii. Ad eundem
modum Alexander Magnus quoque lite-
ras, quas in Europam mitteret, veteris an-
nuli gemma obsignabat : ijs, quas in Asiam
scriberet, Darij annulus imprimebatur, teste
Curtio libro vi. Et Persarum quidem
reges videntur non solum ipsi annulos
gestasse; sed & alijs, quorum fidem per-
spectam habebant, eorum curam com-
mendasse. Ita enim Ahafuerus annulum

Hama-

Hamanus, qui cruci affigendus erat, admisso & Mardochæo tradidisse, legitur Esther capite viii. vers. ii.

Sed hunc morem quoque Cæsares Romanos usurpasse video. Nam Trogi Pompeij patrem *sub Cajo Cæsare militasse*, *Epistolarumq; & Legationum simul & annuli curam habuisse*, tradit Justinus libro xliii. Est autem hic intelligendus ille Caius Cæsar, qui superato Pompejo Rem publ. tenuit; non is, qui post Tiberium imperio potitus est; cum à bello Mithridatico, quo Trogi pater jam fuit, ad Cæsarem Caligulam, sint ut minimum anni centum; ut recte, mea quidem opinione, existimat amplissimus, & antiquitatis peritissimus Jacobus Bongarsius Henrici iv. Galliæ & Navariæ Regis in Germaniam legatus, amicus noster, dum vivebat, singularis. Mæcenatem quoq; & Agrippam in tanto honore ab Augu: Cæsare habitos, ut quascunq; ille literas ad senatum vel alios mitteret, ipsi perlegerent, & ijs, quæ vellent, immutatis, annulo, quem hac fine ab ipso acceperant, obsignarent, auctor Dio

libro LI. ποσαύτικε ἐπὶ πάντα καὶ ἐκείνῳ (Agrrippam intelligit) καὶ τῷ μακρίνᾳ εξσίλαι
ἴδωντε, ὡς τε σφᾶς καὶ τὰς ἐπιστολὰς αἱτε τῇ βουλῇ
καὶ τοῖς αἴλοις ἔγραψε, περιουσιαγνώσκειν, καὶ τέττα
καὶ μεταχειράφειν, οὐαὶ ἐβόλοντο, καὶ Δῆμος δικτύ-
λιον ἐλαβού περὶ αὐτὸν, οὐαὶ ἐπισφράγιζεθι αὐτοῖς
ἔχωσι. Sic Mutianus cum omnia suo arbit-
ratu, etiam absque mandato Vespasiani
gereret scriberetque, nomine tantum
Vespasiani adscripto, annulum gestabat;
quem ad ipsum Vespasianο miserat, ut ea,
quæ ediceret, sigillum principis haberet.
Καὶ Δῆμος καὶ δικτύλιον πεμφθεὶς ἐφόρει, ην
τὸ αὐτοχρονεῖν εφεγγίσμα τὰ σημανόμνη
λαμβάνη, ut ait Xiphilinus in Vespasiano.
Nec dubito, quin alij quoque principes
hunc morem servarint. Sed silere malo,
quæ testibus ac tabulis consignare non
licet, quam conjecturis inniti. Postquam
verò antiqua illa imperij sedes mutata,
& a Constantino Magno Bizantium
translata fuit, reperio inter officiales
Palatij fuisse, qui Responsa Impp. signa-
rent. Fit horum mentio in L. XIV.
Cod. Theodos. De Extraordinarijs munc-
tibus: Eos qui cum honore Comitum, nomine
Magi-

Magistrorum, Memoriæ præfuerunt vel Epistolis vel Libellis: item eos, qui ibidem peragendis signandisq; Responsis nostræ mansuetudini obsecundant, omnium vilium munerum fieri jubemus exsortes. Quomodo autem & à quibus hujusmodi Responsa obsignata fuerint, mox ostendam, si priùs morem obsignandi tabulas epistolasque priscis Romanis usitatum indicâro.

CAPUT VII.

De Lino & Cera in obsignationibus usurpari solita. Crebam quog; huic rei inseruisse. yn cyparuſtis. Incidere linum. Epistolam solvere. Signa cognoscebantur ante aperturam.

JN obsignationibus literarum tabularumque tria adhibebantur: Linum, Cera vel Creta, & Signum. De Signis inferius dicemus. Linum erat vinculum illud, quo constringebatur obligabaturq; id, quod erat obsignandum. Huic imponebatur Cera vel Creta, in quam sigillum imprimebant, sed, quod hodieque vulgo fieri solet, prius salivâ madefactum, ne cera illi adhæreret. Unde Juvenalis Satira I. *Gemmam uadam dixit, quam*

Scholia stes interpretatur *salivâ tactâm*
propter signaculi impressionem. Et Ovidius
libro v. Trist. Eleg. v.

Flens quoq; me scriptis: nec qua signabat ad os est.
Autè, sed ad madidas gemma relata genas.

Idem libro ix. in fabula Biblidos:

Prolinus impressa signat sua crimina gemma,
Quam lixit lacrimis, lingua defecerat humor.
Quæ duo loca mihi indicavit nobilissi-
mus & amplissimus Dn. Janus Rutger-
sus, amicus noster non è multis, quem
honoris causa nomino.

Creta signandi mos est antiquissimus.
 Servius libro iv. Aeneid: ad illa: longæva
 sacerdos. Sibyllam Apollo pio amore dilexit:
& ej obtulit poscendi quod vellet arbitrium.
Illa hausit arenam manibus, & tam longam
vitam poposcit. Cui Apollo respondit, id posse
fieri, si Erythraeum (in qua habitabat) insu-
lam relinquaret, & eam nunquam videret.
Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta
corporis viribus, vitam in solâ voce retinuit.
Quod cum cives ejus cognovissent, sive invi-
dia, sive commiseratione commoti, ei Epistolam
miserunt, cretâ antiquo more signatam: qua
visa, quia erat de ejus insula, in mortem so-
luta est. Meminit cretæ & Cicero iv. in
Ver-

Verrem: Cum Valentio ejus interpreti Epistola Agrigenti allata esset , casu signum iste animadvertisit in cretula. Placuit ei : exquisivit unde esset Epistola : respondit, Agrigento. iste literas, ad quos solebat, misit, ut is annulus ad se primo quoq; tempore afferretur. Et pro Flacco : Hæc quæ anobis prolatæ laudatio , ob signata erat creta illa Asiatica , quæ ferè est omnibus nota nobis : quâ utuntur omnes non modo in publicis , sed etiam in privatis literis. Herodotus videtur appellare γλωσσαν μαρτιδαν libro ii. ubi describit morem Ægyptiorum sacerdotum , quem in probando bove sacrificijs apto solebant usurpare. Locum alibi adduximus.

De Cera verò & Lino res est notissima. Cicero iv. Acad. Quæst : Quid si in ejusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero , ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio ? an tibi erit querendus annularius.

Plaut : in Bacchidibus.

Cedo tu ceram ac linum : age obliga, ob signa citè.

Et in Pseudolo scena prima :

Phanicium Calidoro amatori suo
Per ceram & linum, literasq; interpretes
Salutem mittit.

Instit.

Instit. libro ii. Tit. de pupillari substitutione. Separatim in inferioribus partibus scribere, eamq; partem proprio lino, propriâg. cerâ consignare.

In tabulis tamen, quæ publici & privati contractus scripturam continebant, peculiaris aliquis modus observabatur, quem Paulus libro v. Sententiarum Tit. xxv. describit his verbis: *Amplissimus ordo decrevit, eas Tabulas, quæ publici & privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad medium partem perforata triplici lino constringantur, atq; impositum supra lignum cera signa imprimantur, ut exteriores scripture fidem interiori servent.* Aliter *Tabulae prolatæ nihil momenti habent.* Author hujus formæ Senatus fuit Neronianis temporibus, quemadmodum Suetonius ostendit in Nerone capite xvii. *Adversus falsarios tunc primum repertum, ne Tabula nisi pertusæ ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur.* Non poterantq; autem Tabulae vel Epistolæ aperiri, nisi lino soluto. Lucianus in Timone:

Επεδάν το ομεῖον αὐτογεθῆ, ηγὸν τὸ λίνον ἐντυπωθῆ
καὶ δέλτον αἰοιχθῆ καὶ ανακηνχθῆ μοῦσον εἰς οὐρῶν
δεωρότης. Posteaquam autem signum abla-
tum fuerit, & linum incisum, & tabula aper-
ta & declaratus meus novus dominus. Unde
apud Curtium libro vii. Parmenio vincu-
lum Epistolæ solvens, quidnam Rex ageret,
requirebat. Et apud Ciceronem. Catil. incidere
linum: & alibi solvere Epistolam. Plaut. in
Amphitr: solvere cistulam. Plutarchus
τολιτηνοῖς παρεγγέλμασι, ait λίνον ἐπιστολή.
Soluto autem vel inciso lino plerunque
signum quoque cum eo frangebatur:
ideo antea aperturam jubebant signa co-
gnosci, fidei causa. Plaut: Amphitr: Actu.
ii. Sc. ii.

— So. An etiam id credis quia in hac cistellula
Tuo signo ob-signata fertur? AMP. salvum signum
est? So. inspice.

AMP. Recidè, ita est ut ob-signavi. — Et paulò post:

AMP. Agedum eam solve cistulam.

So. Quid ego istam exsolvam? ob-signata est recidè: res
gesta est bendè,

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sofiam.
Nam si pateram patera peperit, omnes congeminavi-
mus.

AMP. Certum est aperire atq; inspicere. So. vido sis signi
quid siet.

No posterius in me culpam transferas.

Et Bacchidibus Actu. iv. Sc. VI.

CHR. Nunc basce tabellas ferre me jussit tibi :

Orabat, ut, quod istic esset scriptum, fieret.

NIC. Cedo. CHR. nosce signum. NIC. novi,

Et Pseudolo Actu.iv. Sce. ii.

BAL. Cedo mihi Epistolam.

SY. Accipe, hem cognosce signum.

Cicero iii. Catilin. Tabellas proferri jussimus, quæ à quoq; dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego : Signum cognovit : nos linum incidimus, legimus. Et mox. Introductus est Statilius : cognovit & signum & manum suam. Recitatæ sunt tabellæ in eandem ferè sententiam. Confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo, & quæsivi cognoscere signum ? Annuit. Est verò, inquam, imago avi tui clarissimi viri. Sallustius de hac ipsa re in Conjurat : Catilin : Pellectis literis, cum prius omnes signa sua cognovissent, Senatus decrevit. Apulejus in Apologia : Porridge & Emiliano tabulas istas. Linum consideret, signa, quæ impressa sunt, recognoscat. Respexit huc Plautus Vidularia : Signum rectè comparebat : hujus contendit annulum. Et Quintilianus libro xii, capite viii. Deniq; linum ruptum aut turbata cera, aut sine agnitione signa frequenter

inve-

invenies. De Testamentorum apertione
diserte Paulus libro IV. Sententiar. Tit. vi.
Tabulae Testamenti aperiuntur hoc modo, ut
maxima pars eorum adhibeantur, qui signa-
verint testamentum: ita ut agnitis signis,
ruptolino, aperiatur & recitetur &c. Hinc
Suetonius in Tiberio capite xxiii. Illatum
deinde testamentum Augusti, non admissis
signatoribus nisi Senatorij ordinis, ceteris
extra curiam signa agnoscentibus, recitavit
per libertum. Eratque officium Praetoris,
cum initio aperiendæ erant tabulae, ut
cogeret signatores convenire & sigilla
sua recognoscere. L. iv. D. Testament:
quemadmodum aper.

Ideo autem literarum signa re-
cognoscebantur, quia inde, ut & è
scribentis manu, autor illarum po-
test cognosci. Sic L. Junius Brutus pri-
mus Romanorum Consul filiorum con-
juratorum literas primū ex utriusque
sigillo, ταῦς οὐρανοῖς εἰκατέρων καὶ τῷ λύσι τῷ ση-
μεῖῳ τοῖς αὐτογεγόοις, & post avulsa signacula
etiam è manu cognovit, teste Dionysio
Halicarnassæo libro V. Ultrumque in-
dicat & Ovidius libro XI, de Ponto
Eleg. x.

Ecquid

Ecquid ab impressa cognoscis imagine cera
 Hac tibi Nasōnem scribere verba Macer?
 Autorisq; sui si non est annulus index,
 Cognitane est nostra litera facta manu?

Interdum quoque ex ipso stylo vel sermone habito. D. Bernhardus Epistola cccxxx. *Sigillum non erat ad manum, sed qui leget agnoscet stylum: quia ipse dictavi.* Et Epistola cccxxxix. ad Balduinum Episcopum. *Nuper a materies locutionis pro sigillo sit: quia ad manum non erat.* Atq; hæc potissimum de Privatorum hominum literis intelligenda sunt.

C A P U T VIII.

De obsignatione Principalium literarum, qua siebat Bullarum appensione. Bulla quid. Bullare. Bullæ quadruplices: Aurea, Argentea, Cerea & Plumbea, singularumque usus. Ceream fuisse duplicem: Rubram & Prasinam. Δικηλον. Rescripta Imperialia dicta χρυσόβλαστα, licet sigillum aureum non haberent. Aureas bullas miniatæ literis & encauto muriceo consignari consuevisse. Additas etiam in fronte bullarum tres cruces. Intorem Imperatoris viridi colore usum. Patriarcham caruleo. Patriarchalium annuli custos Charophylax.

Nunc verò etiam de literis Principalibus dicemus, præsertim ijs, quæ pragmaticas sanctiones ad totum impe-

imperium vel posteritatem pertinentes,
quæ privilegia & constitutiones Princi-
pibus vel Præfulibus vel Collegijs vel ci-
vitatibus datas, aliasq; magni momenti
res continerent. Hæ non lino & cera, ut
vulgò, obligari obsignarique solebant, sed
erant, ut hodie loquimur, patentes. In
quarum tamen ima parte fidei causa si-
gillum apponebatur, ut legimus in Prag-
matico Childeberti Regis apud Aimoi-
num libro II. de gestis Francor. capite xx.
*Et ut hæc præceptio cessionis nostræ futuris
temporibus, Deo auxiliante, firmior habeat-
ur, vel per tempora inviolabiliter conserve-
tur, manibus proprijs vel nostris signaculis
subter infra decrevimus roborare.* Et in Edi-
cto Caroli Magni de obedientia Episco-
pis & Sacerdotibus præstanta apud c. L.
Goldastum Tom. III. pag. CXLVI. *Ut has
literas certius credatis, de annulo nostro sub-
terius decrevimus roborare.* Et in donatio-
ne Ludovici Einhardo concessa, quæ
præfixa est tomo veterum scriptorum à
Justo Reubero collectorum: *Et ut hæc
autoritas largitionis nostræ per curricula
annorum inviolabilem atque inconvulsam*

D perpe-

perpetuò obtineat firmitatem, & à fidelibus nostris tam præsentibus quam & futuris, seu etiam à successoribus nostris à nobis facta verius certiusq; credatur, eam manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus. Et in Privilegio Caroli Calvi Francorum Regis apud Aimoium libro v. de gestis Francor: cap. xxxiv. Et ut hæc autoritas, quam ob Dei amorem & remedium animæ nostræ statuimus atq; roboravimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulsa perdurare queat, manus nostræ conscriptione eam subter firmavimus & de annulo nostro sigillari jussimus. Observandum hic quod Jacobus de Breul notat ad caput x. libro ii. Aimoiani ex Petro Caroli vi. Francorum Regis Capellano, qui in Chronicon Damasi Papæ vel potius in Catalogum & vitas Romanorum Pontificum commentatus: olim, inquit, non appendebantur sigilla per corrigiam vel fila, sicut hodie, sed affiebantur literis, tenebantq; chartam amplexam ab utraque parte cum bona quantitate cerae. Idque observatum est usque ad Ludovicum Crassum, qui regnare cœpit Anno Domi-

Domini cīc c x. Hic enim primus cæpit appendere sigilla, cum patris ejus Philippi Primi & interiorum Regum privilegia, quæ in nostro Chartophylacio extant, habeant illa affixa, atque ab utraq; parte Pergameni apparentia. Hactenus ille.

Sigilla autem illa, quæ literis principum appendebantur, à sequioris ævi scriptoribus tam Græcis quam Latinis Bullæ appellantur: Unde & ipsas Principales literas, Pontificumque decreta interdum Bullas dici legimus: Non quod in ijs consuleretur aut decerneretur aliquid ab imperatore vel Pontifice, voce à Græco βουλῇ deducta: ut argutè quidem ingeniosissimus Christophorus Colerus existimat capite iv. Parerga: sed quod Bulla, id est, majus sigillum, vel ceræ impressum, vel capsulæ cuidam ex auro aut argento aut plumbo inclusum literis illis appenderetur, non aliter sanè, quam olim bullæ pueris prætextatis, ut notat nobilissimus & antiquitatis historiarumque prudentissimus Marq: Freherus Notis in libro ii. Petri de Andlo. capite v. Hinc Bullare nihil aliud est, quam sigil-

lare apud Petrum Bleſenſem & alios. Arnoldus Histor. Slavor. libro vii. cap. xiv.
Et Rex, vade, ait, & post modicum revertere,
& invenies literas bullatas. Petrus de Vineaſ Epist. xxi. libro i. *Existens ipſe bullator & ſcriptor & forſitan numeratoꝝ.* Nec aliunde dicti Doctores Bullati, quam quod cjuſmodi literis ſuꝝ docturæ ſigillatis, absque legitimo examine & promotione nitantur.

Eranꝫ autem Bullæ hujusmodi quadruplices: Aurea, Argentea, Cerea, Plumbea. Omnibus utebatur Imperator, & Aurea quidem in majoris momenti negotijs: Cujusmodi tres vidi in archivo inclytæ hujus Reipublicæ; duas Friderici ii. Imperatoris, quarum unâ ille avi ſui Friderici i. cognomento Barbaroſſæ privilegia urbi Lubecæ Anno cīc c lxxxviii confeſſa confirmat; alterâ eam Liberam Imperij Urbem pronunciat & novis insuper beneficijs cumulat. Tertia erat Ludovici iv. Imperatoris, qua jus cuđendæ monetæ tam aureæ, quam argenteæ huic urbi concedit. In harum antica parte visitur effigies Imperatoris in folio ſedentis & tenen-

tenentis dextrâ sceptrum , sinistrâ glo-
bum cruciferum , cum hoc titulo : F R I-
DERICUS DEI GRA. ROMANORUM
IMPERATOR SEMP. AUGUSTUS REX
JERLEM ET SICILIÆ. Item : Lu-
DOVICUS IV. DEI GRATIA ROM.
&cet. In párte postica, castrum turritum
cum hac inscriptione : ROMA CAPUT
MUNDI REGIT ORBIS. FRENAT
TUNDI. Talis est etiam illa nobilissima Ca-
roli iv. Imperatoris, quæ κατ ἐξοχιῶ Aurea
Bulla nuncupatur. Ejus descriptionem
a Marq : Frehero Notis ad Petrum de
Andlo allatam , non possum , quin hoc
loco adjiciam. Esse autem ait verba cu-
jusdam Pilei Cardinalis , ab Urbano vi.
Pontifice in Germaniam missi , Anno
cic CCCLXXIX. attestantis, se vidisse & te-
nuisse quasdam literas patentes bonæ
memoriæ Caroli Imperatoris Rom. tum
librum illum Aureæ Bullæ , quem ita de-
scribit : Prædictus liber erat scriptus in
pergamento in xxiv. folijs , cuius coo-
pertura grossa, in quo erant scripta diver-
sa negotia sacrum Imperium & Electores

ejusdem tangentia: qui quidē liber transfixus erat cum filis sericis glauci & rubei corolis involutis , cum bulla seu sigillo aureo rotundo Imperiali appendente , in cuius uno latere apparebat figura Imperialis in majestate sedens , cum Corona imperiali in capite, habens in manu dextra sceptrum , & in sinistra manu pomum cum cruce desuper modo Imperiali : & à latere dextro Clypeum cum Aquila , & sinistro Clypeum cum forma Leonis. In circumferentia verò legebantur hæc verba : CAROLUS QUARTUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANO-RUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIÆ REX. Ab alio verò latere , castrum magnum cum duabus turribus , habens portam inferiùs in medio , cum literis : AUREA ROMA. In circumferentia verò legebantur hæc verba : ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FREN A ROTUNDI. Hæc ille Ad eundem modum per Bullam Auream Comitina Palatina ab eodem Carolo iv. donata fuit Fr. Retrarrhæ , ut ipse testatur in Epistola ad Johannem Episcopum & Can-

Cancellarium, cui hoc nomine gratias agit, libro XII. Epist: Famil: II. Quanto me nuper, inquit, & quam raro privilegio honestasti? Quod etsi solum feceras, secretum tamen Imperij signum & ingentem bullam auream adjecisti. Cujus vel aspectus solius immensum quiddam majestatis & gloriae contemplantibus ingerit, & venerabundos cogit summi imperij & veteris Romae atque aurei seculi meminisse.

Cæterum hoc moris pariter & verbi Græcos etiam Impp. usurpasse legimus. Novellas constitutiones Aurea bullæ signatas fuisse clarum est ex illa Basilij Porphyrogeniti tomo primo Juris Græco Romani pag. c x v i i . Kαὶ ὡς αὐτῷ οὐαλῆ ναὶ αἱμετέθετον εἴραι τὸν παρθόνον διάταξιν, οἰκεῖ χειρὶ ὑποσημηνάμενοι Χρυσῷ σφραγίδι. Ταῦτα ὑποσφραγισθήσαντα διωρισμένα, μὲν Αγριππίων δὲ τηνεμήσεως. a. Utique sancta & immutabilis esset hæc constitutio, propria manu subnotatam, auro quoque sigillo subsignari jussimus, mensis Aprilis die quarto, indictione prima. Et Nicephori Botaniatæ tomo eodem pagina cxxiii. Kαὶ γὰρ ιπτσφραγίζουσαν βασιλεῖα μετὰ κελπίμενα καλῶς καὶ οἰνορυθε-

Ca πανδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέθετο χρυσόβυλον εἰς
ἐπικύρωσιν τε καὶ σερέστη τὸ οὐρανομήναμεν εἰς αὐτῷ
δι' ἐρυθρῶν χρωμάτων, καὶ Δῆμον τούτων τὴν αἱλι-
θαιαν Φανερωτέρην ὑπαγορεύσασ·, τορώντινον ὀπτερό-
δή τηνα χρυσοῦν, τὴν αἱλιθῶς ὀφεγγίδα τεττὼν
παιωνίουσα: Quippe majestas mea præclara-
rè dijudicata gestaque per ipsam Synodiū
obsignans, præsentem hanc auream bullam
promulgavit, ad confirmandum & stabilic-
dum ea: cui bullæ rubris literis subscripta,
& per eas veritatem clariorem dictans, ve-
rum ejus sigillum, quasi quoddam aureum co-
rollarium, appendit. Utetur eadem Im-
perator etiam in mandatis ad Reges,
Sultanos & Toparchas. Clarè Codinus
De officiali. Palatij Constantinopolit:
ο μέγας Δογμάτης Δεσμέτη τὰ τοῦ Δῆμος Βασιλέως
απεστόμενοι προστάγματα καὶ χρυσοβύλα πέος τε
Ρήγας, Σελτάρας καὶ πατέρεχος. καὶ έτοι μὴν ιδιαῖς
μεταλλεύοντες ὑπερέτημα. Magnus Logothetæ
disponit mandata & bullas aureas, que ab
Imperatore mittuntur, ad Reges, Sultanos &
Toparchas: atque hoc quidem proprium est
magni Logotheta ministerium. Ad Clerum
quoque datam Bullam auream innuit
Nicetas in Manuele Comneno libro III.
ubi narrat Logothetam magis contra

Sty-

Styptotam Theodorū inflamatū, quēd Imperator illi auream bullam, cum radiis gemmis, dedisset, mandassetque, ut in magna Blachernia Ecclesia jurirando præset, quo Imperij successio Alexio Hungaro & filiæ Mariæ confirmaretur, quod munus ad Logothetæ potius officium pertinebat. Verba Nicetæ hæc sunt: εκεῖ κατὰ παρδίας ἐπέργεν αὐτοῖς τὸν γηλὸν εἰληφὼς οἱ δηλωθεῖς Λογοθέτης ἐκ τῷ Στυπλάτῃ δοθεὶς δοχεῖον, ἐρυθρόδάντις διάλιθον χρύσεον, καὶ τοῖς ὄφροις ἐπονταῖς κατὰ τὸν ἡνὸν Βλαχέρνας μεγάν τελον, ἀ τὸν δὲ πράττεις διαδοχὴν ἔνεπεδεύ Κλεζέω τε τῷ ἐξ ΟΥγγαρίας, καὶ τῇ θυγατερὶ δὲ βασιλέως Μαρίᾳ, ἀ τῷ λογοθεῖκῷ δήπυθεν οὐ φίκιῳ ἥσαι αρνόδιᾳ.

De Argentea Phrantzes Chron. lib. II. capite x. Ego cum literis bullæ argentea insignitis & jurejurando firmatis & multo milite missus sum, ut Athenas & Thebas in potestatem reciperem. Luitprandus in Legat: Tulerunt autem & alias literas argento signatas, atque dixerunt, Papam vestrum &cet.

Cœra bullæ utebantur ad matrem, uxorem, filium; ad Despotas verò, patrem
D's triar-

triarchas, & reliquos principes honoratiores Plumbea. Hic enim sensus verborum Codini Curopalatæ De officiali Aulæ Constantinopolit: ο παρεκκαιμάνεν τῆς σφενδόνης τὴν ἡ βασιλέως σφενδόνην λαβει βασιλεὺς σφεαγίζει οὐκέτη δηλαδή, εδαμεῖ γίνεται αἷλαχος παρεῖ βασιλέως, οὐ μὴ πέος τὴν δεσποιναν τὴν μητρογενεῖαν τὴν δέσποιναν τὴν γυναικαν διεύθυνε βασιλέα τὸν σινέαν. πέος δὲ δεσπότας, πατερόρχος οὐδὲ λοιπὸς ἀρχοντας τῶν ἐνημωτέρων, οὐδὲ μολιβδίνης βασιλεὺς. Quæ quidem verba diserte testantur, Ceream & Plumbeam Bullam signaram fuisse ab Accubitore palæ vel Annuli: sic enim interpretantur παρεκκαιμάνεν τῆς σφενδόνης: quemadmodum Auream (opinor & Argenteam) à magno Logotheta fuisse signatam paulò ante dixerat. Sed Ceream quoque in Novellis Constitutionibus appendi solitam repetio: quod testatur solennis formula, δι ερυθρῶν χρυσιμάτων τὴν βασιλέως. οὐαὶ οὐδὲ κηρύσσονθής σφεαγίς, qua multorum Imp: Novellæ concluduntur. Ipse etiam Alexius Comnenus in quadam Novella Tom. II. pagina CLXXXVI. edicit, ne imposterum cujuscunque Rescripti ratio habeatur, quod alicui judicum transmissam

missam ad se litem exhibere prohibeat,
 καὶ τὸν αὐτοῦ πατρὸς ἡποτεσμένην τυγχάνη,
 καὶ τὴν κηρόθετον σφραγίδα φέρεται. Licet
 minio forte subscriptum sit, licet bullæ cereæ
 sigillum habeat. Et Nicolaus Patriarcha
 in Synhodali epistola ad Alexium Imperatorē affirmat, se accepisse ejus βέαν ἐπί-
 λυσιν ἀλλὰ σφραγίδος εἰς κηρὸν ηγῆ Φονικῶν αὐτο-
 χειρῶν χαριματῶν τὸ ἀξιότιστον κεκτημένη.
 Divinum rescriptum per sigillum cereum pu-
 niceasque propria manus literas idoneè muni-
 tum. pag. CCLXXI.

Erat autem bullia Cerea, ut hoc quo-
 que obiter moneamus, duplex: Rubra sci-
 licet & Prasina, dicebaturque Δικήειον.
 Et utebatur quidem utraque Imperator:
 quo innuebatur ad eum pariter atque ad
 Patriarcham docendi munus pertinere.
 Balsamo de Privilegiis Patriarch: pagina
 ccccXLIV. Εντοθεν γὰρ οἱ πάσι δεσπόται ηγῆ αὐ-
 τοκράτορες κατηχητικῶς ὄμιλοι τῷ χριστινόμω-
 λαῷ ή θυμιῶσιν, ὡς ιερεῖς ηγῆ μετὰ δικηγόρων σφρα-
 γίζοσι. i. e. Hinc enim usu venit, ut fideles
 principes & Imperatores Catechetico more
 cum populo Christiano colloquantur, aut suf-
 fitum faciant more sacerdotum, & cum cera
 dupli-

duplici obseruent. Sed Patriarcha tantum
Prasinâ. Itaque legitur bis in Soluti-
onibus quarundam quæstionum Ma-
nuelis: Εἰχε τὸ μηνὶ Ιανουάριῳ, ἐπιτεμήσεως ή γη την
καιεῖτε πεταστικόν σφεγγόδα.

Præter Bullam autem Ceream Prasi-
nam Patriarcha etiam Plumbea solebat
uti. Quod discimus ex Sanctis quorun-
dam Patriarcharum, quæ extant Tomo
I. Juris Græco Rom: ut libro I. Sententia
Synhodalium Germani Patriarchæ, pa-
gina ccxxxvi. εἶχε τὴν μηνὸν Ιανουάριον, ἐπιτεμήσεως
Ἀρχὴ τῆς πατριαρχῆς, καὶ θέλεις χειρός. αἱ πινάκιτα
ζητεῖται καταθέτειν μελέτην βεβλατῶν, εἴχεσθαι εὐ μέρτω
μέρει τὴν υπεροχήν τοῦ θεοτόκου, παλαιόντας Φερεύσαν-
τον κυνηγεῖον οἷμα. Σημεῖον: εὐ μέρτω εἰ τέρπω γενίματα,
ταῦτα. Γερμανοὶ δὲ εἰλέως θεῖς δοχεῖτον Κανταύ-
νη πόλεως, τίκας Ρώμης καὶ οικουμενικὸς πατριαρχῆς.
id est. Habuit subscriptum, Mense Februario,
Indictione v. patriarchali εῇ divina manu.
Pendebat autem infernè plumbea bulla, ha-
bens ex una parte sanctissimam Deiparam,
ulnis gestantem dominum nostrum Iesum
Christum, ex altera autem has literas: Ger-
manus Dei miseratione, archiepiscopus Con-
stantinopoleos, novæ Romæ, εῇ oecumenicus
patriarcha. Et in Manuelis pagina ccxlii.

εἰχε τό μηνι Ιολίω ἐπιεμήσεως ή. Άλλο τὸ πατριαρχικόν τῆς χειρὸς καὶ τὸ σωμάτιον μολιβδίνη βεβλαστόν.
 Habuerunt hoc, Mense Iulio, Indictione VIII.
 per patriarchalem divinamque manum εἰ
 solitam plumbeam bullam. Et libro Secun-
 do in Alexij Patriarchæ, pagina CC LVI.
 Ταῦτα ἔτος συγκεφαλαιώθεντα ē οὐλαδέντα καὶ δημο-
 σιωδέριων τῶν θεοφιλεστῶν μητροπολιτῶν, ēν ιπ-
 μημαστιν ἐντεθέντα, τῇ σωματίᾳ Άλλο μολιβδόν εφεζ-
 γύδιον βεβαιώθη, καὶ ἐπεδίθη μηνιανασίω, θαυμά-
 σεως ταῦτα. Hæc ita summarim exposita εἰ defini-
 tita, inque confessibus religiosissimorum me-
 tropolitanorum monumentis illata, consueto
 plumbeo sigillo corroborata sunt εἰ data men-
 se Ianuario, indictione x i. Et in Con-
 stantini Lichudis pagina CC LXIIII.
 Εχεάφη τὰ διωργμένα ἐκκλησιαστικῶν ἔθει ē σφεζ-
 γύδεντα τῷ Άλλῳ μολιβδῷ βεβλωτησίω, ἐπεδίθη
 μηνι Δεκεμβρίω, επιεμήσεως. 1 β. Hæc ita san-
 cta εἰ ecclesiastico more prescripta εἰ obsi-
 gnata per bullam plumbeam, data sunt mensē
 Decembri, indictione XII. εἰ c. Porro Ro-
 manos quoq; Pontifices literis suis bullas
 plumbeas appendere solere, res est vulgo
 nota. Quod verò Venetorum Duces
 etiam literas & monumenta publica
 plum-

plumbo obsignant, id Alexandro Pontifici acceptum ferunt, quem Sabellicus libro vii. Decad: primæ scribit, cum Duce
m literas ad Fredericum Imperat: de fide
Legatis habenda cera obsignantem conspexis-
set, in Ciani & aliorum gratiam mandasse,
ut Ducariæ deinceps literæ plumbō munirentur. Quanquam ex Obbone veteri
historico refert idem scriptor paulò post,
duplici Venetos principes ad eam diem si-
gnandi forma usas fuisse, ut publica monu-
menta plumbō, Epistolas ac reliquos libellos
cerā communirent: Sed tum primū Ale-
xandro autore receptum, ut in his quoque
plumbō illi utentur. Sed de bullis quæ
Impp, Regum, Patriarcharum & Pontifi-
cum literis appendi solebant, satis super-
que dictum est; hoc monendum restat;
Imperatorum Edicta vel Rescripta, eti-
quidem aureo sigillo munita non erant,
ꝝ ευσόβελλος tamen interdum appellari, ut
ex Johannis Comneni Novella, quæ sta-
tuit, Ne quid ab Ecclesia Episcopo suo erbara
Quæstor exigat, videre est. Nā ea ꝝ ευσόβελλος
titulum præfert, cum tamen Cereum si-
gillum illi fuerit appensum. His aureis
bullis

bullis Imperator manu , si Dis placet , di-
vina subscribebat , & quidem singulari
quodam genere encauti . Nam Leo Imp.
in L. vi. C. *de diversis Rescriptis* disertè
vetat , sacra Rescripta alio colore , quam
purpurea inscriptione lustrari , & cocti
muricis tritique conchylii ardore ea si-
gnari præcipit , atque hujus Sacri encauti
confectionem privatis sub gravi poena
interdicit . Etsi autem quale hoc encau-
tum fuerit , liquido nobis non constat ;
tamen ex illa Leonis lege patet , Imperia-
lia rescripta purpureis literis & encauto
muriceo insigniri consuevisse . Hinc
illa usitata in Bullis Aureis verba ,
δι Ερθεῶν χαματαν τῆς βασιλικῆς χειρὸς .
Nicetas in Manuel. Comneno. libro i.
ερθεούμενων χαμαχ , & ἡρθεοδανωμένη βασι-
λιαν χειρὶ vocat , ubi scribit Johannem
Axuchum Magnum Domesticum custo-
diæ palatii intentum , atque id agentem ,
ut Manuel etiam à civibus Imperator sa-
lutaretur , literas rubras , aureoque sigillo
& ferico filo munitas & conchæ sanguine
pictas Clero magni templi obtulisse ,
quibus

quibus eis argenteæ monetæ nummi ad
CC. minas promittebantur : eundem
etiam alias rubricatas Imperatorias lite-
ras apportasse , quæ eandem sumimam
nummis aureis designarent. Οδὲ μέχας Δο-
μέσικῷ τῆς τὸ βασιλείων φυλακῆς ὅπιμεληθεῖς , οὐ
τὸ βασιλέως Μανυήλ παρεῖ τοῖς αἰστοῖς αὐτογρά-
σσεως , χαίματα ἡρυθροσήματον σφραγῖδι περιγραφή
καὶ σπειρικῷ νήματι ἐμπεδον πόγχης αὐτοδεδομένω
αἴματι , τῷ κλήρῳ θμαγάλωνεω ὅπιδιδωσι , πυπτή
αὐτοῖς δρյύρεω επίσια κέρματα εἰς μνᾶς δίς ἐκατον
ηρυφέμινα. Ελέγετο δὲ ἐτέρων ἡρυθροδανωμένων
βασιλείουν χαφλώ ὅπιφέρεοι τὸ Αξεῖχον , οὐδὲ χρυ-
σέων τῶν τὰ βρεφέδεσκαν. Et libro vi. idem
Necetas autor est , Sultananum Imperatori
Constantinopolitano obiecisse , τὸ πρόχε-
ρον εἰς τὸ θρασπόνδησιν , οὐ τὸ φιλίας δινέλως αἴπο-
δαιν , καὶ συγχέειν εἰς τὸ παραστίκω τοὺς ὑπὲρ εἰρήνης
τεθέντας θεσμάς καὶ τὸ αλτίσαις μὴ ἐκεῖνον ἐπάγειν
φιλοδωρῶν ὑπάχεσσον , καὶ βασιλικῆς ὑπ-
ομάνειν τάκτας χαφᾶς καὶ βαφᾶς , ὀλίγα δὲ
χορηγεῖν. Facilitatem in violandis foederibus ,
levitatem in dissolvenda amicitia & pacis
conditionibus temerè abrogandis & inanes
magnorum munerum pollicitationes , quas
rubricatis quidem literis insigniret , sed pau-
ca praeberet.

Sed

Sed & Cinnabari usos Imperatores in subscriptionibus legimus : quod præter locum ex Alexij Comneni Novella suprà laudatum, testatur etiam Gregorius Dia-logus Epist : i. ad Leonem Isaurum, quæ extat tomo ix. Annalium Baronij.
Καὶ τέως πέντετον, καὶ ἐξάρχεται, ὃν τὰ σὰ γεάμματα καὶ τὸν αὐλότερον, ταῖς βασιλικαῖς εφεγγῆσιν ἀσφεγγομένοις ἀσφαλεῖς ηγετῶσιν ἀσφαλεῖς ὑπο-γεαφαῖς Δῆμοι καὶ ναβαδίρεως ἴδιοχειρεῖς σὺν, οἷς ἔιθιστοῖς βασιλέσσιν ὑπογεάφεν. h.e. In primis autem & præcipue, quod littera tua & non aliena, si-gilli Imperatorijs ob-signatae diligenter essent, & accuratae intus subscriptiones per cinnabarim propria manu tua, ut mos est Imperatoribus subscribere.

Præter hanc subscriptionem tres quo-que in fronte cruces ejusdem coloris ad-debant, per quas tacitè scilicet jurabant, rata se ea velle quæ scriberent. Phranzes libro iii. capite iv. Imperator manu sua, eo vidente, cruces cinnabare in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamq; auream Legato in manu tradit. Tutor Imperatoris impuberis viridi co-lore subscribebat, quod discimus ex Ni-

E ceta,

ceta , qui in Alexio Man. Comneni F. testatur , Alexium Protosebastum editum impetrasse , quo continebatur , ea quibus manus Imperatoris adhuc impuberis subscriptisset , μὴ ἀλλως ἐνπεριέσθαι οἰεσθαι , εἰ μὴ πεόπερον ὁ Φθῖεν τῷ Αλεξίῳ , ηγῆ τῷ πλῷ δεξιὸν τῷ Βατραχίῳ ὅπιδες χρώματα , πλὺν τῷ ΕΤΗΡΗΘΗΣΑΝ ὁποιαστικαν βρεφούσιεν h.e. non aliter rata fore , nisi prius Alexiu ea vidisset , & colore viridi subscriptisset , R A T A S U N T . Patriarcha verò subscriptione cærulea uti cœpit sub primis Palæologis. Cantacuzenus libro iii. capi. xxxvi. Patriarcha quia gradum permutare non poterat , habitu se angustiorem fecerat , & in subscriptionibus , colore cæruleo usum est. Sed quemadmodum Magno Logothetæ vel etiam Accubitori palæ curam annuli vel sigilli , quo literæ Imperatoriz obsignabantur , commissam fuisse , paulo ante ostendimus : Ita etiam Chartophylax erat custos annuli Patriarchalis , quem ille à Patriarcha solenniter acceptum in pectore gestabat . Balsamon de privileg : Patriarch : pagina CCCLVIII . Εγκαίσει τῷ ηγῇ χρυσῷ , οὐδὲν τοι διατύπων

λιον, καθὼς εἶπε κύριος πέρος μαστίν. Καὶ ὅπερισσες τὸ λογέον ὅπλον τὸ ἔκθος ἐλαφρών, οὐδὲ ποιήσεις δακτύλων χρυσῶν καὶ σωματικολογίσεις αὐτῶν ἐλογέες ποτὶς χειλεστιν, ἵνα φέρεται αὐτὰς τῶν ἡῶν Ισραὴλ ἀπόχρημα φεδραὶ τὰ ὄνομάτα. Πεῖσος ἦν τοῦτο οὐσία; τὸ πατεριαρχικὸν βεβλωτήρεον τὸ τελεφόρτων τύθειν ἐχειροφύλακας ἀπηγρημένους, οὓς εἰωθε, δοχεῖα καθετικοῖς λογικῶς παντοῖς σπεδάσματα. Etiam ei porrigit in manum aunculum aureum, sicut εἶ Dominius ad Mojen dixit; Et impones Rationale super Aaronis pectus εἶ annulum facies aureum εἶ accommodabis eum labris ipsius Rationalis, ut per eum nomina filiorum Israeli describantur. Et qui nam is est? Patriarchale bulloterium pro more suspensum ad Charthophylacis pectus, receptaculum studij doctrinarum omnis generis. pag. CCCCLIX.

&c. Horum magnam partem debemus
et. & eruditissimo Meursio, quem laude
sua fraudatum noluiimus,

CAPIV TIS IX.

Mos regum Occidentis, in Annuli curia spectata fide
viro mandata, Referendarius. Cancellarij unde: illorum
officium apud veteres & dignitas. Secretum. Secreta-
rium. Levato velo cognoscere. Velarij: ad velum
fisti.

ATque hæc in imperio Orientis : In Occidente etiam non dissimilem morem reperio. Nam quemadmodum in Constantinopolitana Republica Logothetæ : ita apud Francos custodia & cura annuli , quo regiæ literæ obsignarentur , committebatur alicui spectatæ virtutis viro , qui olim Referendarius dictus fuit : quo munere in aula Dagoberti Regis functum esse Audoënum , præter Sigebertum in Actis anni 153XXVII. testatur Aimoinus libro iv. de Gestis Francorum capite XL. *Ex quibus Audoënus (qui & Dado dictus est) Referendarius fuit Regis Dagoberti , filiusq; præcellentissimi viri Antharij.* Qui Referendarius ideo est dictus , quod ad eum universæ publicæ deferrentur conscriptiones , ipseq; eas annulo regis , sive ab eo sigillo sibi commisso muniret seu firmaret. Rob. Gaguinus libro III. histor. Francorum, hunc Audoënum vocat Cancellarium Dagoberti , ad sui seculi morem respiciens. Neque enim illa ætate ea erat Cancellarij dignitas ; quam ut ostendam postea demum in tantum crevisse , ut proximum à rege locum occuparet,

paret, non possum mihi temperare, quin
ea, quæ de Cancellarijs vel ipfem obser-
vavi, vel à Petro Pithæo, Isaacio Casau-
bono, Petro Colvio jampridem obser-
uata sunt, & diversis in locis sparsim le-
guntur, in hoc caput congeram.

Cancellariorum sub priscis Impera-
toribus nulla omnino erat dignitas. neq;
enim publici muneris id fuit nomen, sed
tantum ministerij in aulis principum, &
aliorum procerum. Erat quippe moris,
ut magistratus, de negotijs pro ratione
muneris quisque sui tractaturi, conveni-
rent in aliquo loco, qui quod à vulgo se-
cretus esset, Secretum vel Secretarium di-
cebat. Donatus (Pithæus memoria
lapsus Servium vocat) in libro I. Aeneid.
ad hæc verba, Tum foribus divæ. vers.
ccccix. Quomodo est, inquit, judiciorum
omnium consuetudo. Ducuntur judices
usq; ad fores Secretarij, ibidemq; officium re-
manet; illi verò ingressi solium ascendunt
& sedent. Constantinus in L. I. C. Theo-
dosij De officio Rector. Provinc. Non sit
venale judicis velum, non ingressus redem-
pti, non infame licitationibus secretarium.

Hæc Secreta in primo aditu vela & deinde cancellos habebant: hos Græci volent κιγκλίδως, δευφάκτως, Polybius Historia xv. θύρας δικτυωτος Δευφάκτως, ut & Cassiodorus fenestratas januas: Aristophanis Scholia festes ad Vespas: Κηλής ή θύρας τοις επίσ, λοις ή καγκελωτὸς καλέσοις. Julius Pollux libro viii. αἱ μὲν ἐν τῷ δικασμένῳ θύραις καλίδες ἐκαλέσντο, αἱ δὲ Ρωμαῖοι καγκελωτὶς λέγουσαι. Illa verò nunc πεπόνισμα, nunc πεπτόσμα, nunc πεπτάσμα dicuntur. De Canticellis quidem res clara est ex Ammiano Marcellino libro xxx. ubi de quarto gesnere causidicorum Romanorum agit: Cumque intra cancellorum venerint septa agi cæperint alicujus fortuna vel salus. Et ex Basilio Seleuciae Episcopo libro de vita Thetlæ: ubi loquitur de Thamyre, qui D. Paulum sua manu in judicium trahebat: εἰςω γέ τῆς δικαιοῦσης κιγκλίδως παρεβαστὰς η σὺ σὺς Θητὴ βίματος, τοίων γέ απίρξαπλούσι: cum subselliorum cancellos esset ingressus, stans præ suggestu, hujusmodi orationem exorsus est. Vela verò quod attinet, ea in causis quidem levioribus vulgaribus que removeri, & pandi solebant, quod levato

levato vela cognoscere, dicebatur, id est; pa-
lam omnibus admissis, aperta fore: quo-
modo intelligenda est. L. v. C. De Nau-
fragiis, ubi Honorius & Theodosius Im-
peratores ajunt: *De submeritis navibus de-*
cernimus, ut levato velo cause istae cognos-
cantur. In causis vero grauioribus, &
principue criminalibus, quæque ampliori
rem deliberationem requirerent, vela
hæc obtendebantur, ut ita à conspectu
litigantium reorum reliquique vulgi ju-
dices secernerentur, separarenturq; : qua-
de re est insignis locus D. Basiliij Magni E-
pistola ad Eustathium Sebastiæ Episcopū,
qui dignus totus hic legi: εἰ γὰρ οἱ δικοῦσι ταύτης αἴροντες, ὅτι δινάτων κακά γενόντων κατέτω κατα-
δικάζειν μὲν αὐτοῖς, ἵφεληνται τοις φέμιπεπίσματι.
καλύπτει τὸ σύμπλεγμα ταύτης τοις ὑπὲρ τῶν ὑπο-
καμένων σκέψιν. Καὶ πολὺ αἰσχυλάζεται χρόνον,
καὶ μὴ δινόμει τὸ αντιρούνορῶντες, νωὶ γέ τηνιώτερον
τῆς φύσεως δυσωπήμενοι καὶ πολλὰ σενάξαντες καὶ τὰ
ανάγκης ἀπλοφυρόμενοι, δῆλοι πάσι γίνεται τοῖς
ανάγκης ὑπηρετήστε τῷ νόμῳ, καὶ κατ’ οἰκεῖαν ηδο-
νὴν επαγόντες τὸ κατέκελον, h.e. Si enim prin-
cipes hujus mundi, cum facinorosum aliquem
ad mortem condemnare volunt, adducunt
vela & ad vocant ad considerationem cause

experientissimos quosq; multumque temporis
insumunt, nunc legis rigorem contuentes,
nunc naturae communionem suspicientes,
multumque ingemiscentes ac judicandi ne-
cessitatem deplorantes, nemini non manif-
stum faciunt, quod non ex propria libidine,
sed ex necessario legis ministerio condemna-
tionis inferant sententiam. In eandem sen-
tentiam quoque B. Clemens Romanus
libro II. Constitutionum S. Apostolorum
capite LVI. Aspice mundana iudicia,
quorum potestati videmus tradi homicidas,
adulteros, veneficos, sepulchrorum perso-
res, latrones: de quibus cum quæsiverunt
præfecti iudicio ab ijs, qui illos in iudicium
adduxerunt, demum interrogant reos, an illa
ita se habeant? Quibus affirmantibus, non
continuo eos ad supplicium mittunt, sed per
plures dies quæstiones excercant, cum multo
consilio & velo interjecto. Tandem vero is,
qui sententiam mortis in reum pronunciatur
rus est, sublatis manibus adversus solem, se
innocentem ab illius sanguine contestatur.
Atque hinc jam lucem capit D. Chrysostomus homil. V. in II. ad Timotheum
ubi ait. οι λησαι εν μη τῳ δεσμωτῳ ζῆντο
αδεῖς

αδεως ζωσιν. οταν δι αρχη το πειραια αγαγων
 σαη αυτοσ, Αγλουνται τω φοβω. Latrones
 quamdiu custodia detinentur, securi vi-
 vunt: ubi verò productos ad velum quis sti-
 terit, tum jam metu dissolvuntur, quippe
 jam morti proprius admoti. Nam ad velum
 sisti, hic nihil aliud est, quam coram ju-
 dice in judicio sisti. Qui vela servabant
 Velarij dicti, ut in veteri lapide: T. I. C. L.
T H A L L U S P RÆP O S I T U S V E L A-
R I O R U M D O M U S A U G U S T I A N A E.
 Qui cancellos, Cancellarij. Vox non ad-
 modum antiqua, cuius nullam in Dige-
 litis mentionem factam, notant viri do-
 cti: in Codicis verò titulo de Assessoribus
 & alibi, ministerium cancellariorum sæpius
 leges. Id verò cuiusmodi fuerit, luculen-
 ter describit Agathias. Narrat ille libro I.
 Narsen ducem Justiniani, qui in Italia
 contra Gotthos bellum gerebat, Raven-
 nam aliquando venisse, solis famulis suis
 comitatum ac satellitibus & iis, inquit,
 οσοι τησιρχησ αυτῳ υπιρέται επύγχανον οντεσ. οισ
 δη τη αρχηια επεφρόνπε, τησ αληησ ευκθεμίας περι,
 καη οπωσ μη χύδηιι απισι τησ βυλομένοισ ασ αν-
 τοι ειστηταιση. τάτης δι θοσ Ρωμαιοισ εικ ταιη κιγ-

αλιδων επονεζειν, κατ της εν τατοις ομηρεας.
 Videmus appellari ὑπηρέτας & ministros
 τῆς αρχῆς: præcipuumque fuisse eorum
 munus, ut ad cancellos hærerent, admis-
 siones curarent, & ne quid tumultus, ut
 fieri amat in turba, audiretur, prospice-
 rent. Simile munus hodie in curia eo-
 rum, qui *ostiarij* dicuntur; quod nomen
 hi acceperunt ab ostio, ut illi à cancellis,
 quæ pro ostio erant. Hæc prima institutio
 & antiquissimum cancelliorum mu-
 nus: Unde jam liquido apparet, cur *Vopiscus*
rem indignam & fædiam fuisse
 pronunciet, quod *Carinus* Imperator
 præfecturam Urbis, omnibus, quæ intra
 urbem erant, dignitatibus antecelle-
 tem, uni ex Cancellarijs suis commen-
 dasset: *Præfectum urbi*, inquit ille, *unum*
ex cancellarijs suis fecit: *quo fædius nec ob-*
gitare potuit aliquando nec dici.

Accessit postea aliquid dignitatis huic
 generi hominum, sed multò post *Carini*
 & *Vopisci* tempora. Nam *Cassiodorus*
 in formula Cancellariatus libro xi. sic
 munus hoc describit, ut appareat ipsius
 ætate Cancellarium, non, ut olim, *ostiarij*
 munus

munus sustinuisse , verum ex parte etiam eorum , qui hodie in aulis principum à secretis nominantur , & à libellis suppli- cibus : Sic enim ille : *Hoc igitur laudabile prejudicium , sententiam gratiosam , militiam domesticam à xii. inductione Cancello- rum tibi decus attribuit ; ut Consistorij nostri secreta fideli integritate custodias : per te præ- sentandus accedat : per te nostris auribus desi- derium supplicis innotescat : jussa nostra sine studio venalitatis expediās ; omniaq; sic geras , ut nostram possis commendare justiciam.* Ad- huc tamen , ut ibi dicitur , lucidas fores tene- bat & claustra patentia . Sic passim apud scri- ptores citimæ vetustatis legimus fuisse in obsequijs imperatorū regum & majorum utriusq; imperij magistratum Cancella- rios , quorum ministerio variè utebantur . Nam Praefectum prætorio , cui inter cete- ra annonæ totius summa procuratio in- cumbebat , habuisse in officio Cancella- rios , quos per provincias dimittebat , in- telligimus ex Cassiodore , libro xii. ubi & Campaniæ , Lucaniæ , Brutiorum , Samnij & aliarum provinciarum Cancellarij no- minantur . Praefectum quoque urbi Can- cellar-

cellarios cum scribis in officio habuisse, indicare videtur antiquum Edictum ex autoritate Turcij Apronianii Præf. Vrb. propositum, quod extat apud Brisson. lib. III. de Formulis, & Inscript. pag. 100XLVII. *Ratio docuit utilitate suadente, consuetudine micandi summota, sub exagio potius pecora vendere, quam digitis conludentibus tradere: Sed ad penso pecore, capite, pedibus, & sevo lactante, & singulari, lanio cedentibus; reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat venditori, sub conspectu publico fide ponderis comprobata: ut quantum caro occisi pecoris appendat, & emptor norit & venditor: commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, officium, Cancellarius, & scriba de pecuarijs capere consueuerant. Quæ forma interdicti & dispositio-
nis sub gladij periculo, perpetuò custodienda mandatur.* In imperio Orientis etiam Quæstori suos fuisse Cancellarios, apparet ex Novella x. Constantini Tom. II. Juris Græco-Romani: pagina CLIV. *εἰ αὐτοῖς ἀλεθῆναι, de aperiendis testa-
mentis: εἴδην αἱ ἀλεθῆναι τῷ γραῦ Κολοψοῖ
αὐτοῖς τῷ, τοῖς ἵπεργάσται τῇ αὐτοῖς καγκελα-*

εἰοις ὅπτε τῇ σωμαγωγῇ τῶν μαρτύρων, καὶ τῶν
ἔξαρχοθέτων κληρονόμων ἢ οὐδὲ λεγαταρίων, καὶ τῶν
δικτέσσαρος χρείας ὁ φειλόντων παρέσαδη, παρέχε-
δην τόμισμα ἐν τῷ πέτραντα γκελαερίῳ, ἔτερον νό-
μισμα ἐν οὐδὲ τοῖς δυοῖς νοταρεῖοις, ἀνα ἡμίου δι νο-
μίσματος. Quoniam testamenta apud Que-
storem aperiuntur, & in eorum apertione
cancellarij suas exhibent operas, tam col-
ligendis testibus & heredibus ab intestato
succedentibus, aut etiam legatarijs, quam
ceteris, qui ob alias causas adesse debent, soli-
dus unus primo cancellario præstabitur, &
unus item duobus notarijs, dimidius scilicet
singulis. In Constitutionibus etiam Ca-
roli Magni Cancellarius simpliciter pro-
scriba & actuario usurpatur: Ut nullus
Cancellarius pro ullo judicato aut scripto
aliquid amplius accipere valeat, nisi dimidi-
am libram argenti de majoribus scriptis. Qui
vero huic ordini erat præpositus, sum-
mus & primus Cancellarius, in quanta
fuerit dignitate, ex Adalhardo Abate,
Corbejenſi Caroli Magni propinquo do-
cet Hincmarus Rhemorum Archiepi-
scopus Epist. iii. capite xvi. Apocrisiarius,
quem nostrates Capellanum vel Palatij Cu-
stodem

stodem appellant, omnem clerum Palatij sub
cura & dispositione sua regebat. Cui socie
batur summus Cancellarius, qui à secretis
olim appellabatur, erantque illi subjecti pru
dentes & intelligentes ac fideles viri, qui
præcepta regia absque immoderata cupidis
tatis venalitate scriberent, & secreta illis
fideliter custodirent. Tandem verò sub
nostris Imperatoribus, ut & sub Regi
bus Francorum, cò ascendit Cancellarij
dignitas, ut quo munere olim apud Ro
manos Quæstor sacri palatij, vel Logothet
a apud Constantinopolitanos, eodem
hodie in aulis principum & Regum utra
tur Cancellarius: qua voce etiam Αρχιθέτης
interpretatur Nicetas Choniates lib. vii.
de rebus gestis Manuelis Comneni; ubi
narrat Fridericum i. Imperator. Episcopo
Moguntino Cancellario suo cum magnis
copiis missis urbes Italicas à Papa avulsas
sine ullo metu subegisse: ο μὴ δίκαιον, οὐ γ
λανόντων βέλεστη φωνή, Καρυκεπάλεον, οὐ δὲ λόφ
λινες ἔποιεν, Δογθέτης (λοῦ δὲ τος ο Μαγέτης
Θησιουπος) πέμψας μὲν πλεῖστης διωρίσως. &c.
Imò illi ipsi tres ad Rhenum Archiepisco
pi Electorales pro tribus Imperij Germa-

no-Romani regnis , quæ olim corpori Imperij Occidentalis inserta erant , hoc titulo insigniuntur , ita ut Moguntinus Antistes per Germaniam , Trevirensis per Galliam , Coloniensis per Italianum Cancellarij & Archicancellarii nomen & dignitatem usurpet .

C A P U T X.

Marias res annulis obsignatas , ut templo , domus , suppellabilem , pecuniam , alia . Concham sigillis appositaam Claxendix .

JAm vero e diverticulo in viam , à qua aliquantulum aberravimus , revertamur , & alia porro recensere pergamus , in quibus obsignandis annulos usurpatos legimus .

De templo obsignato extat illustris historia apud Danielem c . xiv . ubi sacerdotes Beli , Darium decepturi , ut templum annulo regio obsignetur , postulant ; quod illi postea per occultos aditus ingressi , quicquid ciborum simulachro appositum erat , cum uxoribus & liberis absumserunt , fraude per Danielem animadversa , qui

qui in cinere , quo pavimentum clam asperserat, vestigia introcuntum & excuntum deprehendit.

In Elide quoque obsignatam esse illam domum , in qua tres vacui lebetes Dionysio collocabantur , qui paulò post sigillo , quod integrum manserat , revulso , ab ingressis vino pleni reperti sint , tradit Aristoteles De Miraculosis Auditis : verba mihi non possum temperare , quin huc ascribam . οὐ ήλιδι , inquit , λέγουσιν εἴη
 η δίκημα στάδιος ἀπέχον ὄκτὼ μάλισκα τῆς πόλεως ,
 οἷς ὁ πθέασι τοῖς Διονυσίοις λέβητας χαλκεὺς τετρά-
 κεντρὸς . Σπεῦ οὐ ποιήσαντες πλάκαλεῖσθαι τῶν Επιλίων
 τῶν θηριδημάντων τὸν βυλόμηνον ἐξετάσμη τὰ αὔγυλα ,
 ηγῷ Φοίκη κατασφραγίζεσθαι τὰς θύρας . ηγῷ επιδάν
 μέλωσιν ἀνοίγαν , θηριδείξαντες τοῖς πολίταις ηγῷ τοῖς
 ξένοις τὰς σφραγίδας , έτως ανόγυγσιν . οἰδὲ
 εἰσελθόντες ἐνεργούσι τὸς μὴ λέβητας πλή-
 γεις , τόδε ἔδαφος ηγῷ τὸς τείχος ὑψεῖσ , ὡς τε μηδε-
 μίαν υποψίαν λαβεῖν , ὡς τέχνη θεοκτιστικεύαζε-
 σιν . h.e. In Elide aedificium est , ut ferunt ,
 stadijs distans octo ab urbe , in quo collocan-
 tur tres Dionysio lebetes vacui , vocatisque
 peregrinis , quibus scrutari haec libeat , janua-
 rum claustra sigillis obsignant , quae deinde
 reserant . Porro ingressi lebetes vino plenos
 cernunt ,

cernunt, pavimento & parietibus omnibus integris & illatis, ut artis dolosae suspicio facilè abesse videatur.

Sic fores Gynæceorum sigillo & pessu-
lo à maritis confirmari, queritur mulier illa apud Aristophanem θερμοφοραζόμενη.

Εἴτα Δῆλο τῷ ταῖς γυναικανίποιν
Σφεγγίδας Ἐπιβάλλοντι ἡδη καὶ μοχλόσ
Τηρεῖταις ἡμᾶς, καὶ πεφούντι μολοθίκεσ
Τρέφοντι μορμολύκεια ταῖς μοιχοῖς κιώνασ.

De quo more etiam Menander apud Sto-
bæum, irridens eos, qui tam arctè uxores
observent.

Οἶπος ἐγγέ μοχλοῖς καὶ Δῆλο σφεγγισμάτων
Σώζει δάμαρτα, οὐ ἀνδεὶ δὴ δοκῶν σοφὸσ
Μαῖτικόσ ἐσι, καὶ φρεγῶν γέδει φρονεῖ.

Ad eundem modum lapidem illum, qui ponebatur super os lacus, in quem Daniel demissus, & bestijs objectus erat, Rex obsignavit annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Daniel, capite vi. vers. xvii. Joseph. libro x. Antiquit. capite xii. Quomodo & lapis sepulchri, in quod Salvator noster illatus fuit, à Pharisæis obsignatus legitur. Matt. capite xxvi. vers. ultimo.

Supellectilem atque adeo penum-
universam ab attentis patribus familias
annulo ob signatam, ne quid negligentia
aut furto periret, testatur Plinius libro
xxxiii. capite i. Quae fuit illa Priscorum
vita, qualis innocentia, in qua nihil signabat-
tur? At nunc cibi quoq; & potus annule
vindicantur à rapina. Plautina materfa-
milias in Casina:

Obsignate cellas, referte hoc annulum ad me.
Et Sigaltrio servus in Persa Act. II. Scenii.

Id demum lepidum est, triparcos homines, verulos,
auidos, aridos,
Bene admordere, qui salinum servo ob signans
cum sale.

Martialis libro ix.

Nunc signas mei annulus lagenam.
Persius Sat. vi.

Et signum in vapida nasa tetigisse lagenam.

Tertullianus in Apologetico capite vi.
matronam quandam olim ob resignatos
cellae vinariae loculos, inedia à suis necatam
scribit. Et matrem Ciceronum lagenas
etiam inanes ob signasse, ne dicerentur, inanex
aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccata
legimus in Epistola Qu: Fratris ad Tiro-
neam libro xvi. Hujus moris meminit &

Theo-

Theophrastus in Characteribus , ubi
inter notas hominis & miscet refert , si quis
in lecto cubans uxorem interroget , εἰ κέ-
κλειτο τὸν κιβωτόν , οὐ εἰ σύμμαχη τὸ κιβώχιον ,
καὶ μοχλὸς εἰς τὸ δέραν τὸν αὐλέαν ἐμβέβληται .
I. E. an capsam bene clauserit , aut probè sic
area obsignata , an vestibuli foribus pessulus
sit obditus . Juvenalis de homine fōrdido
loquens , Satira XIV .

Ipse quoq; esuriens , nec enim omnia sustinet unquam
Hincida cœrulei panis consumere frusta :
Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri , nec non differre in tempora cœno
Alterius conchem , estivis cum parte lacertii ,
Signatam , vel dimidio putriq; siluro .

Irrisus ob hanc rem à Parthis suis fuit
Venones Phraatis filius , quod diversus à
majorum institutis , Græcos haberet co-
mites , & vilem etiam supellecilem an-
nulo obsignaret . Tacitus libro II. Annal.
Irridebantur & Græci comites ac vilissima
utensilium annulo clausa .

Solebant autem hujusmodi signa olim
regi & occultari concha , fortean ne vel
per imprudentiam violarentur , vel alij
in fraudem similia sculperent . Dicta illa
concha Clæxendix . Priscianus libro V.

Claxendix, significat concham, quā signum tegitur. Plautus Vidularia: Apposita est claxendix, at ego signi dicam quid sit.

Sed cur hæc in obsignandis domi rebus diligentia, modò ne modum excedat, adhibenda sit, rationem assert Clemens Alexandrinus libro iii. Pædag. xi. ubi cum dixisset, fœminis datum esse annulum aureum, non ad ornatum, sed ad signandum ea, quæ domi custodienda sunt, propter curam domesticam, quæ illis incumbit; statim subiungit: ei γαρ οἱ μάντες ἔσαν πυδαγωγέμποι, ἀδει τῶν σφραγίδων ἐδεῖ
ἔπιον ὅντων δικαιων καὶ οἰκετῶν καὶ δεσμοτῶν. επει
γά τι παρθενοῖς πόλιν ἐνδιδαστὸν πολὺν εἰς αἰδηνού,
σφραγίδων ἐδεῖ θημόν. Si omnes à Pædagogo re-
ctè instituti essemus, supervacua essent signa-
cula, omnibus ex aequo bonis, servis, dominisq.
Sed quoniam aut nulla aut mala institutio
causam magnam præbet injuriæ, opus habui-
mus sigillis. Quo pertinet ridiculum illud
Neronianum de furace servo, apud Cicer.
libro ii. de Orat. in Jocis, nimirum
solum esse, cui nihil sit nec obsignatum nec
occlusum, quod idem in bono servo dici solet.
Quemadmodum enim servo bona fidei
herus

herus omnia committit , nihil annulo
obsignat , nihil claudit serâ: Ita servus
furax omnia resignat & recludit. id quod
testatur lepida illa de Lacyde narratiun-
cula , quæ extat apud Diogenem Laërt-
tium libro iv. de vitâ Philosophorum.
Επειδαν γάρ οἱ πολεμόι οὐ ταύταις , σφραγίσμασι
τακτοῖσιν τὸν Δῆμον ὃντις ἐπρίπτει. οὐ μη-
δεποτε αυτῷ πειραζεῖσθαι , καὶ οἱ βασιλέεις τῶν Δῆμ-
οι πολεμῶν. Μάγα τοῦτο τὰ τοιαῦτα θεογόνων αἴτε-
ροφραγίσεις , οὐδὲ σοσσα εὔβελετο , εὐβάσαζεν. Επειδειν τοι
δακτυλίου Δῆμος ὃντις εὐεισεῖς τὸν σόσαν. Καὶ τὰ τοιαῦτα
γάρ εδεπωκοτε οὐ φωρεῖθη. hoc est Cum ex pe-
na promere quicquam voluisse , obsignato
aditu , rursus annulum per foramen intrò ja-
culabatur , ut nihil inde ex reconditis rebus
tollebatur. Id cum animadvertisserent famuli ,
resignabant , quæ signata erant , & quæ voluis-
sent , inde tollebant , & deinde annulum in
porticum per rimam immittebant : idq; cum
sepe facerent , nunquam deprehendi potue-
runt. Ad hunc morem resignandi & obsi-
gnandi annulo ea , quæ asservare volu-
mus , alludit Theognis non procul ab ini-
cio suæ Elegiæ :

Κύρε σοφίζομένω μήν ερωτόφρηγις θηκεσθα,
Τοῖς δὲ πεστι λόγοι δ' εὔποτε κλεπτομένη. in his
Quod ingeniosissimus Caspar Barthius sic
reddidit :

Annulus in signum hæc scissenti Cyrne prematur.
Qui lateat nunquam surripiente dolo.

Et Lucianus Epigrammate , quod extat
libro I. Antholog. Tit : LI. εἰς μυστήριον.

Ἄρρητων ἐπέων γλώσση σφρηγίς θηκεσθα.

Κρίσσων γὰρ μύθων οὐ κτενῶν φυλακῆ.

Arcanis dictis linguam obsignare memento :
Dictorum majus dopostum est opibus.

Atque huc pertinet memorabile illud A-
lexandri Magni factum, qui cum aliquan-
do arcanas quasdam literas à matre Olym-
piade ad se scriptas Hephaestioni legen-
das dedisset, annulum digito detractum
ori ejus admovit , hac ratione silentium
illi imperans, ne quas ipsi monstrarat li-
teras, aliis vulgaret. Plutarch. in Alexan-
dro. Πολλάκις δὲ τὰ τῆς Ολυμπίαδος γεγ-
φόσης, ἐφύλαττεν αἴπερ ἡ τὰ γραμμάτα, πᾶλι
αἴπαξ ή Φαισίων, (ὁ σκεπειώθη,) λυθεῖσαν θη-
κελὴν αὐτῷ συναναγνώσκεντος, οὐκ ἐκάλυσε, αἷλα
τὸν δακτύλιον ἀφιλόμηντον αὐτὸν, περούθη
τῷ ἐκάνει σόματι σφεγγίδα. h. ē. Et cum i-
dentidem ad ipsum scriberet Olympias, fer-

rebat in abdito epistolam, nisi semel Hephaestioni (ut assieverat) solutam epistolam secundum legem non vetuit, verum detracto annulo digito, sigillum ori illius admovevit.

Præterieram pæne morem ob-signandi pecuniam in sacculo, vel cista conditam, si forte eam vel apud nummularios vel in æde sacra deponere volebant: cuius ritus crebra fit mentio apud Jurisconsultos, ut in L. i. §. Si pecunia in sacculo signato deposita sit: & §. Si cista signata deposita sit, D. Depositum. Item in L. xxix. Si sacculum vel argentum signatum deposuero. D. codem. Item in L. viii. Et sacculum cum signatorum signis ob-signavit. D. de legi commissoria. Item in L. xxxix. Si soluturus pecuniam tibi tuo jussu signatam eam apud nummularium deposuerim, tui periculi eam fore, Mela libro x. scribit: quod verum est, cum eo tamen, ut illud spectetur, an per testeterit, quo minus in continent proabetur. D. De solutionibus. Item in L. i. §. Sin autem socius vel socij recusaverint premium accipere, licentiam ei damus offerre hoc per publicas personas & sigillo impresso in eadem sacram deponere, C. De Communi servo

servo manumisso. Extat hujus obfignationis insigne exemplum apud Apul. libro x. Metamorph. Sed ne forte aliquis istorum, quos affers, aureorum nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo pranota, donec altero die nummulario praesente comprobentur. Sic inductus, signavit pecuniam: quam exinde, ut iste representatus est iudicio, jussi de meis aliquem curriculo tabernâ promptam afferre: Ecce prolatam coram exhibeo, videat, & suum sigillum recognoscat. Et aliquanto post. Qui praeter judicij religionem cum fidem suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere, donec jussu magistratum ministeria publica contrectatis nequissimi servi manibus, annulum ferreum deprehensum cum signo sacci conserunt: qua comparatio praecedentem robaravit suspicionem.

Non etiam silentio praetereundum est, quod Cn. Pompejus, cum in Sicilia bellum gereret, audiretq; milites flagitiōsē vivere, illorum gladijs sigillum impressit, quod qui amovisset, huic poena inflige-

inflegebatur. Ανάστη τοις σφραγίδας τιούς οδον
πορείας από την πόλην, ο φραγίδας μωχαιρός αν-
τών επέβαλεν, λιγό μή φυλάξας ἐκολάζετο.
in vita Pompeij. De Votorum obsigna-
tione videndus nobilissimus D. Janus
Rutgersius noster libro v. Var. Lect. ca-
pitate v. ubi multis accurate docet, vete-
res vota concepta tabellis inscripsisse,
obsignasse, Deorum genibus plerumque
affixisse, & tandem votorum compotes,
eas tabellas solvisse, hoc est, lacerasse, ac
Dii reddidisse ea, quæ daturos se pro-
miserant.

CAPUT XI.

De sculptura annulorum. Δακτυλιογλύφοι.
Fiaturari sigilliarius. σημέρις. Deorum imagines in an-
nulis gestatae. Pythagora scitum: ἡ δακτυλίων εἰνένε
τες μή τοῖς φέρειν explicatum. Mos superstitionum,
qui se invari putabant gestatione alicuius simulacri.

AD Signa jam propero, id est, imagi-
nes Annulorum sigillariorum.
Hæ initio quidem insculpebantur
cælabanturque in ipso metallo, ex quo
annuli facti erant: augente vero luxu-
ria, etiam in ipsis gemmis. Disertè id
F. s tradit

tradit Attejus Capitulo apud Macrobium
libro vii. capite xviii. *Imprimebatur autem*
sculptura in ipsa materia annuli, sive ex
ferro, sive ex auro foret. Postea usus luxu-
riantis etat is signatas preciosis gemmis de-
pit insculpere, Et certatim haec omnis imita-
tio lacestivit, ut de augmento precij, quos pa-
pendes lapides parassent, gloriarentur. Etsi
autem Claudi Caesaris principatus nullas
admittebant gemmas in annulis cæta-
tas sculptasve, sed auro ipso signare tum
moris erat, teste Plinio libro xxxiii. cap. x.
non tamen ille mos diu duravit, & paulo
post tam in gemmis, quam metallo ima-
gines fingi celariq; jus fuit. Qui vero gem-
mas auro includebant, vel signa gemmis
& auro incidebant insculpebantve, Græcis
δακτυλιογλυφοι dicebantur. Hieronymus
in Hieremiam capite xxiv. artifices inclu-
soresque auri atque gemmarum vocat. Au-
gustinus libro xxi. de Civitate Dei capite
iv. aurifices insignitoresque gemmarum. Ve-
tus Inscriptio Flaturarios sigillarios. pag.
10 CXXXVIII. N. vi.

C. JUNIO

multo C. JUNIO. THALATIONE
MÆCENATIS LIBERTO
SIGILLARIO
C. JUNIUS EVOCATUS FELIX
TIT. DD.
Atque hujusmodi δακτυλιογλύφοι fuisse
Mnesarchum Pythagoræ patrem, tradit
Diogenes Laërtius in ejus vita libro viii.
Lapis autem, quo annularij gemmas ab-
stergent, dicitur Συνέι. Dioscorides libro
v. capite cxxiii. συνέι λίθος ἐστι, ἢ πέτρη ψήφη
οἱ δακτυλιογλύφοι τριχεῖται.
Porro non erant annulorum sculptu-
ræ, ut hodie, gentilitiæ ac familiares, sed
siebant pro cuiusque libitu: interdum
etiam habebant aliquid significationis
occultæ. Quod ut planum fiat, plerasq;
quarum apud priscos scriptores mentio
fit, recensebo, factò initio à Deorum Ima-
ginibus, quas annulo insculpi olim ne-
fas fuit, & quidem, ut appareat, ex scito
Numæ, quem Plutarchus scribit vetuisse,
Deo hominis aut bestiæ alicuius formam
tribuere. οὐ γὰρ ἔτιον αὐθομοίσιν τὰ βελτίστα τῆς
οἰνοῦ.

χειρον, & τε εόντεσθι θεος δικαιονατωσεν· ἀλλοδ.
 h. e. tanquam fas non sit augustiora expri-
 mere humilioribus, nec fieri queat, ut quis
 D E U M aliter, quam mente assequatur.
 Atque ex hoc eodem fonte promana-
 vit quoque Pythagoræ symbolum: εὐθυ-
 μηίῳ εἰνόν Θεοῦ μή πειθέρειν. Quod Cle-
 mens Alexandrinus libro v. Stromata
 ita effert, & interpretatur. Δικτύλιοι μή
 φάνειν, μηδὲ εἰνόνες αὐτοῖς εὐχαράσσοντες θεῶν, πᾶς
 περγυνάς οἱ Πυθαγόρας. ὥσπερ Μωϋσης τετάλιοι
 Αιγαρίδαις ἐνομέτησεν, μηδὲν δεῖν γλυπτούν ἡγε-
 πτον ἀγαλμάτων καὶ απειρόνισμα ποιεῖσθαι οὐδὲ μητεῖ
 αἰσθητοῖς τεγουρέχωμεν, διὸ τοῦ νοτίοις μεταφέρειν.
 Εξαπελλεῖ δο τῷ & θείσι σεμνότητα ή ἐνέτοιμω
 τῇ οὐρανῷ σταυρῷ, ηγῆ τῷ νοτίῳ σταυρῷ οὐρανῷ
 οἰβαζεῖσι, ἀπομέζειν εἰσὶν αὐτοῖς δι' αἰδήσεως.
 Non esse gestandos annulos, neq; D E O R U M
 imagines esse ijs in sculpendas, præcepit Py-
 thagoras: Sicut Moyses multis ante seculis
 aperte legem sanxit, nullam oportere sculpti-
 lem vel pictam vel fictam imaginem simula-
 crum ve facere, ut sensilia minime attende-
 remus, sed ad ea transiremus, quæ percipiun-
 tur intelligentia. Ut D E I enim majestas
 vilis & contempta reddatur, efficit, quæ in
 promptu est videndi consuetudo: & quæ in-
 telli-

telligentia percipitur, essentiam colere per materiam, est eam per sensum vilipendere. Nec multum hinc abludit interpretatio Jamblichi, qui postquam primam symbolum hujus partem de non gestandis annulis exposuit, mox subjungit. Τό γένες τύποι μη θητιγλυφε δακτυλίω, κατὰ τὴν προλεχθεῖσαν ἔνοιαν προτερῆ τοιάδε. Φιλοσόφαι, οὐδὲ σωματεῖς πρὸ παντὸς ήγε Θεὸς ὑπάρχειν. Τὸ γὰρ πνεύματον εἰζημα τῷ Πυθαγερικῷ δογμάτῳ τοῦτο ἐστιν, ut legit Ritterhusius, εξ ἡς πάσοις χεδὸν ἥρτηται; καὶ οὐ φέρει τέλεσι προτίθεται. Μή νέμεται γάρ μορφαῖς αὐτοῦ σὺν κεχρηδοῖς, δοῦι εἰσὶ σωματαῖς. Μηδέ προσδέχεσθαι υποσάσθι λικῆ, οὐδὲν δεσμῶ υλικῶ σώματι, ὥπερ τὰ αἷμα ζῶαν λιγὸν δακτυλίοις γλυφαῖ, τότε δεσμὸν διατελεῖ δακτυλίον φάνεται, καὶ τὴν σωματότητα τότε αἰσθητὸν οἶδος, καὶ ὀσκετεί πνος τῷ θητὶ μέρες ζῶαν Διός τῆς γλυπτῆς προσόψεων. Ήστι χωριστὸν μάλιστα τὸ τῶν Θεῶν γένος, οὐδὲ αἴσθούτε καὶ νοητόν, καὶ κέρατα αὐτὰ, καὶ ὀσκύτας αἱ τοῦ ξεν, οὐδὲ τῷ φερεῖ θεῖς ιδίως καὶ πληρέστατα τεχνολογεῖται. Ab his tamen diversus abit Malchus studio & industriâ c. l. Ritterhusij nostri primū in lucem editus, qui in libro de vita Pythagoræ hoc Symbolum ita exponit. Θεῶν εἰκόνας εὐδακτυλίοις μηδὲ φορεῖν, τετέστητι, τὴν περὶ θεῶν δόξαν.

δοξαν οὐδὲ λόγον μὴ τερψχυτορά μηδὲ φανερὸν ἔχειν,
μηδὲ εἰς πολλὰς τερψφέρειν.

Sed redeo ad Romanos, apud quos et si quidem (ut dictum & Atteius Capito disertè affirmat) fas non erat Deorum formas annulis insculpi. Video tamen illos hunc morem migrasse, & cum aliis rum, tum Aegyptiorum numinum initiales in annulis gestasse. Unde Plinius perstringens hanc consuetudinem libro II. capite VII. Alijs nullis est Deorum respectus, alijs pudendus: Externis famulantur sacris, ac digitis DEOS gestant. Et libro XXXIII. capite III. Famvero etiam Harpo-^A cratem statuasque Aegyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt. Non ignoror, haec loca de annulis magicâ arte formatis exponi. Sed nihil impedit, quod minus etiam intelligamus de superstitione illorum, qui simulacrum alicuius numinis, à quo se juvari putarent, quotidie circumferebant. Sic Veneris armatæ effigiem gestabat C. Julius Cæsar. Dio libro XLIII.

πότε ὅλον τῆς Αφροδίτης
αἱρέεται, καὶ πάσθειν πάντας ἕθελεν, οἵ τις καὶ αὐτοῖς
εἴρης απὸ αὐτῆς ἔχει. καὶ Δῆκ τέτοιο τῷ γλύπτῃ
αὐτῆς

αὐτοῖς ἔνοικον ἐφόρει, καὶ σωθῆναι αὐτῶν τὴν τιμὴν τοιεῖσιν καὶ μεγίστης ἐποιεῖτο. Omnino enim Venerem colebat, à qua saeculam formam quandam venustatem habere persuadere omnibus nitebatur. Ideo sculptam Veneris armata imaginem gestabat, eaque tessera in rebus summis plerumque utebatur. De Asclepiade Philosopho, qui illis temporibus vivebat, Am. Marcellinus libro xxii. narrat, ipsum Deæ Cœlestis argenteū breve figmentum, quocungq; ibat, secum solitum efferre. Tale quid fuisse videtur, quod Apulejus habuit sudario linteo involutum : de quo ipse in Apologia. Nam morem mihi habeo, quoquo eam simulacrum alicujus D e i inter libellos conditum gestare.

Nec solum Dei alicujus simulacrum; sed & hominis pro Deo habitu vel Herrois interdum ferebant : ut Alexandri Magni imaginem familia Macrianorum. Trebellius Pollio de Quieto uno ex xxx. Tyrannis. Videtur mihi non prætereundum de Macrianorum familiâ, qua hodieq; flôret, id dicere, quod speciale semper habuerunt. Alexandrum Magnum Macedonem virum in auro & argento, mulieres in reticulis &

lis & dextrocherijs & in annulis in omni
ornamentorum genere exsculptum semper
habuerunt ; eò usque ut tunicae & limbi
& penulae matronales in familiâ ejus ho-
dieq; sint , quæ Alexandri effigiem de licijs
variantibus monstrant. Vidi mus proximè
Cornelium Macrum in eadem familia virum,
cum cænam in templo Herculis daret , pate-
ram electrinam , quæ in medio vultum Ale-
xandri haberet , & in circuitu omnem histo-
riam contineret , signis brevibus & minutulis
Pontifici propinare : quam quidem circum-
ferri ad omnes tanti illius viri cupidissimos
jussit. Quod idcirco posui , quia dicuntur ju-
vari in omni actu suo , qui Alexandrum ex-
pressum vel auro gestitant , vel argento . Sed
de Deorum imaginibus hæc quidem mi-
hi in mentem veniebant : unum addo ,
nostris temporibus Viglium Zuiche-
mum præstantissimum Jurisconsultum ,
Pallade signare solitum , teste Mureto in
Catilinarias orationes Ciceronis , qui re-
fert , se aliquot Erasmi Roterdami epi-
stolas vidisse , quæ omnes signatæ fue-
rint Termino , additis duabus vocibus :

NULLI

NULLI CEDO, non sine suspicione
arrogantiae.

CAPUT XII.

*Effigies majorum, amicorum, Regum, Principum
annulis insculptas, Principum imagines in annulo gestare
non semper licitum, nec tuum fuisse.*

Sequitur jam de Imaginibus Huma-
nis, quas annulis insculptas legimus.
Solebant autem plerumque effigiem
alicujus ex Majoribus in annulis gestare,
qui tamen illis, si à majorum virtute de-
generabant, detrahebatur. Valerius
Max. libro III. capite v. De Africani filio
loquens, id disertè ostendit, *Cn. Scipio supe-*
riori Africani filius præturae petitor candidam
togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam
in campum detulit, ut nisi gratia Cicerei, qui
patris ejus scriba fuerat, adjutus esset, ho-
norem à populo impetratus non viderecur.
Quanquam quid interfuit, utrum repulsam,
an sic adeptam præturam domum referret?
Insuperque è manu ejus annulum, in quo
caput Africani sculptum erat, detraxerunt.
Sic Pub. Lentulus Sura quoq; avi sui ima-
G gine

gine in signando utebatur. Cicero III.
Catil. Tum ostendi tabellas Lentulo & que-
sivi, cognosceretne signum: Annuit. Est vero,
inquam, signum quidem notum, image avi
tui, clarissimi viri, qui amavit unicè patriam
& cives suos, quæ quidem te à tanto scelere
etiam muta, revocare debuit. Aut ex Ami-
cis. Ovid. libro I. Trist. Eleg. VI.

Hac tibi dissimula, sentu tamen omnia dici,

In dìgito qui me fersq; refersq; tuo.

Effigiemq; meam fulvo complexus in aure:

Charta religati, qua potes, ora vides.

Sic Epicuri imaginem in annulis habu-
re familiares ejus: Cic. libro V. de Fini-
bus. Nec tamen Epicuri licet oblivisci, si
cupiam: cuius imaginem non modò in tabu-
lis nostri familiares, sed etiam in pœulis &
in anellis habent. Et Commodum Imp. si-
gno Amazoniæ (ea erat Concubina Mar-
tia, quam pictam in Amazone diligebat)
literas signare solitum, videre est ex i-
psius epistolâ ad Clodium Albinum, quam
in hujus vitâ Julius Capitoninus recitat,
ubi inter cetera sic loquitur; Quin & su-
per hoc ad procuratores meos literas misi,
quas ipse signatas excipies signo Amazonia.

Nec

Nec amicorum tantum aut Majorum, sed & Regum ac Principum imagines gestabant. Aristomenem Agathoclis imaginem in annulo gestasse tradit Polybius libro xv. Callicratem Ptolemæi adulatorem οδυσσέας ἄνγρα εν τῇ σφραγίδι θειφέρου solitum, autor Athenæus libro vi. Dipnosoph: pagina c cl xiiii. Alexandri Magni effigie Augustum, ipsius verò Augusti principes insecurtos signasse narrat Sueton. capite L. & Dion libro L. i. qui tamen Galbam excipit, & sigillo à majoribus accepto usum scribit. De Constantino Magno legimus, illum Chersonitis inter alia laborum pro Imperio Romano exantatorum præmia etiam annulos aureos in quibus imago sua erat expressa, donasse, ut quas per occasionem ad se missuri essent, relationes supplicationesque, ijs signarent, & ipse earum nuncios inde diagnosceret. Verba Constantini Porphyrogeniti in libro de administrando imperio capite lxxii. hæc sunt. Καὶ τοῖς τῶν γυναικῶν τῆς ὑμῶν δύολας δίδομεν ὑμῖν, χρηματίσετε διαχρονεῖς ἐκτυπῶντας τὰς ἡμετέρας εὐσεβεῖς οἰκίους, δι' ὧν τὰς κατὰ ηγετὲν μετάστασις αποτελε-

οὐαὶ ημῖν πατέρες ὑμῶν αὐταῖς φορέστε καὶ δεῖσθε σφραγίζοντες τάυτας, γνωρίμιαι ημῖν αἰποδεῖκνυτε ταῦταν πλέοντες. Sic Meletij Episcopi sui imaginem in annuli pala expressam gestasse Antiochenenses, tradit Chrysostomus orat. de laudibus Meletij. Nec in auro solum, sed & ferro Imperatorum imagines insculpebantur: Unde Nazianzenus, ut ostenderet, Sacramentorum dignitatem non ab hominibus aut ministris eorum dependere, elegantem sumpsit similitudinem in Oratione, Eis τὸ ἄγνον βαπτισμόν pagina ccxlv. ἔσω χρυσὸς, ἔσω σίδηρος, δακτυλίοις ἢ αἱμόφοροι, οὐαὶ τὰς αὐτὰς ἐγκεχωρήθεσσιν εἰνένται βασιλικὰ, εἴτα κηρὸν ἐκτυπώτασσι, ποδοίσαι σφραγίδας αὖτι τῆς σφραγίδος ἐκείνης; οὐδὲν θύγνωσι τὰς ὕλας εἰ τῷ κηρῷ, καὶν ἡς σοφάτατος. Εἶπε παῦτι τὰς σιδήρας, πέδεσσι χρυσῷ τὸ ἐκσφραγίσμα, οὐ πῶς ἐν ἐσι; Τῆς γὰρ ὕλης τὸ διάφορον, χτενοφόρος. Υπτωτέσσι τοι πᾶς βαπτισμός, καὶν τῇ πολιτείᾳ προέχει, ἀλλ' οὐδὲ βαπτίσματος δύναμις οὐαὶ τελειοποίεσσι πᾶς ὅμοιως ὁ τῇ αὐτῇ πέδη μεμορφωμένος. Sint annuli duo, aureus hic, ferreus aliis: ut ergo eadem regia imagine sculptus. Cera ambo imprimantur, quid intersignum hoc et illud intererit? nihil. Discerne materiam in cera, etiam si sapientissimus extas.

fas. Dic quodnam ferri, quodnam auri sit signaculum. Sed quo pacto unum est? Quid, inter materiam, non characterem est diversitas. Ita & tibi sit omnis baptisator, quo tametsi conditione excellat, aequalis tamen baptismatis vis est, ac unusquisque aequalis tibi sit expurgator, qui fide eadem est formatus.

Sed de Cæsarum imaginibus notandum, Claudij principatu fas non fuisse, imaginem Principis in annulo aureo gestare, nisi quibus admissionum liberti jus illud dedissent. Ita enim intelligendus est locus Plinii libro xxxiii. capite iii. *Fuit & alia Claudij principatu differentia in his solis, quibus admissionum liberti jus dedissent imaginem Principis in annulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani Principis abolevit, equaliter publicando Principem.* Magna autem cautio adhibenda erat ijs, qui Principis imaginem gestabant, ne delatoriis calumniandi occasio præberetur. Nam sub Tiberio capitale erat, teste Sueton: capite LVIII. circa Augusti simulacrum servum cecidisse, vestem mutasse,

nummo vel annulo effigiem impressam latri-
nae aut luponari intulisse. Imo matulam
sumere ea manu, quæ annulum principis
imagine signatum habebat, criminis da-
batur. Cujus rei memorabile exemplum
extat apud Senecam libro iii. de Beneficiis
capite xxvi. Cœnabat Paulus Praetorius in
convivio quodam, imaginem Tiberij Cæsaris
habens ectypa, & eminentem gemma. Rem
ineptissimam fecero, si nunc verba quasiero,
quemadmodum dicam illum matulam sum-
psisse. Quod factum simul & Maro ex notis
illius temporis vestigatoribus notavit. At
servus ejus, cui necabantur insidia, ei ebrio
annulum extraxit. Et cum Maro convivas
testaretur, admotam esse imaginem obscenis,
et iam subscriptionem componeret, ostendit
in manu sua servus annulum. Cui non mul-
tum absimile, quod Philostratus narrat
in vita Apollonij, quendam impietatis da-
mnatum, quod servum suum verberasset, qui
drachmam argenteam Tiberij imagine si-
gnatam gestabat.

Quid? quod etiam sua ipsorum imagi-
ne insignitos gestabant annulos. Ecce in
Pseudolo, scena I.

Ea

Ea causa miles hic reliquit symbolum
Expressam in cera ex annulo suam imaginem.

Idem fecit Augustus Cæsar: Nam is initio quidem in diplomatibus libellisq; & epistolis signandis Sphinge , mox imagine Alexandri Magni , novissimè verò Diocoridis manu sculpta utebatur , teste Suetonio. Neque enim semper idem signum usurpabant, sed mutabant pro libitu, aut si casu amisiissent ; quod planum ex Triummo Scena : *Vt mihi rem :*

*Nonne arbitraris eum adolescentem annuli
Paterni signum nevisse ? Mc. Etiam iutaces ?
Sexcenta ad eam cause possunt colligi :
Eum quem habuit perdidit, fecit novum.*

CAPUT XIII.

Varia animalia , histerias item & fabulas, res inanimatas , literas Hieroglyphicas & alia annulus insculpi solita. Symmachus explicatus. De annulis Christianorum.

Sed Sphinx Augusti me monet, ut jam sciam aliquid agam de imaginibus Brutorum animalium, quæ in annulorum sculptura usurpari solebant. *Sphinge* Augustum inter initia signasse diximus : duas enim (ut Plinius ait libro xxxvii. c. 1.

in matris annulis jam indiscretæ similitudinibus
invenerat. Altera per bella civilia, absente eo,
amici signavere epistolas & edicta, quæ ratio
temporum nomine ejus reddi postulabat, non
infaceto lepore accipientium : Enigmata
afferre eam Sphingem. Sed Augustus postea
ad evitanda convicia Sphingis, Alexandri
Magni imagine signavit. Imaginem Sphin-
gis nummo insculptam in honorem Au-
gusti, qui ea signare solitus, affert Seba-
stianus Erizzo libro II. de Numismatis
Antiquis pagina x. Mœcenas Rana usur-
pabat, idem Plinius: Quinetiam Mœcenatis
Rana per collationem pecuniarum in magno
terrore erat. Pompeius Magnus in gemma
habebat Leonem Μαχαιροφόρον teste Plutar-
cho. Galba Imp: imagine Canis ex navis
prorâ prospectantis, signo, quod à majo-
ribus suis acceperat, utebatur. Dio lib. II.
Στοις γωνίαις πυρ σφραγίσματα Κύνας ἐκ πεω-
ρας νεώς σφραγίσματα εχοντανομισεν. Apud Æ-
gyptios Scarabæum viris bellicosis annuli
sculpturam fuisse, tradit Plutarchus lib:
de Iside: τοῖς δὲ μαχίμοις Κάνθαροι οἱ γλυφή^ς
σφραγίδες: Et addit causa: καὶ εἰς κάνθαρο^ς
δῆλος, ἀλλὰ πάντες ἀγονεῖς, hoc enim inse-
ctum

ctum sexu fæmineo caret, omnes sunt masculi. Eadem Ælianus libro x. de Animalib: capite xv. Αἰγυπτίων ἃ οἱ μάχαιραι ὅπλα τῶν δακτυλίων ἔχον ἐγγεγυλυμένους κάνθαρον, αἱ γάποι δέ τοι μοσχέτα, δεῖν ἀρρένων εἶναι πάντας πάντη τὰς μαχαιρέντας ὑπὲρ τῆς χώρας, ἐπεὶ καὶ οἱ κάνθαροι Ἰηλείας Φύσεως καὶ μετειληχεν. Ägyptiorum bellatores Scarabæum in annulis insculptum habere solebant: ex eo adumbrante Legislatorē solos omnino mares pro patria bellum gerere oportere, quod Scarabæus fæminineo genere careat. Areus Lacedæmoniorum Rex cum ad Oniam Pont. Max: scriberet, Aquilæ sigillo usus est, draconem unguibus tenentis: ή σφραγίς εἴσιν αετός δράκοντος ἐπιλημμένος. Joseph. libro xn. capite v. Porrò etiam *historia* aliqua vel fabula annulis insculpebatur. Talis ille Darij Persarum Regis, qui in sigillo sculptum habuit equum, διὸ χρεμέπσαντα ἐβασιλεύειν per quem hinnitum edentem rex factus fuit, ut notat Thucydidis Scholia festes. Historiam vide apud Justinum libro i. postremo. Talis erat ille, quem auspicanti Neroni obtulit Sporus, de quo Suetonius capite xli. Sporus annulum muneri ob-

tulit: cuius gemmae sculptura erat, Proserpina raptus. Talis ille Amphitruonis apud Plautum, cuius sphragisma, Sol exoriens quadrigis vectus:

— SO. Vbi pater a nunc est? ME. in cistula. Amphitruonis ob signata signo. SO. signi dic quid est? ME. Cum quadrigis Sol exoriens: quid me captas car-
nifex?

Non dissimile huic publicum sigillum Loerorum Hesperorum, qui & Ozoli dicti, cui Hesperium stellam fuisse insculptum Strabo scribit libro ix. Εχασίτε θητή δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸν Εσπερον αἰσθέσθε ἐγκεχαραγμένον. Talis quoque ille Regum Persarum, quorum sigillo insculptam fuisse imaginem Rhodogunes disiectis capillis praediræ, autor Polyænus libro viii. Verba ejus hæc sunt: Ροδογύνη λαομένη τὰς τείχας ἐρύπνετο.. ήκε ποτε αὐγγέλλων ἔθνος ὑπίκοον αἴθεσκεν. ήδε ἐκδυποκρυψαμένη τὰς τείχας, απλά ως εἶχεν αἰαδησαμένη, τόντε ἵππον ἀνέβη, καὶ τὴν σραπανέξηγε καὶ ὠμοσε μὴ περιτερον ἀποκρύψαι τὰς τείχας, εἰ μὴ πρωτίστε τῶν ἀποσάντων, καὶ διὰ πολλῶν δρόνων πολεμήσασι, ἐκρεψτο. Μετὰ τὴν νίκην ἐλέγοντο, καὶ τὰς τείχας ἀποκρύψασθο. Τοῖς περσῶν βασιλέσσοι σφραγίστε βασιλικὴ ἱκών ἐσταυρωλελυμένην τὰς τείχας ἔχουσαν Ροδογύνην. *Rhodogune larvans crines*

crines abstergēbat. Venerit quidam nuncians subditam gentem defecisse. Illa non abstersis capillis, sed ita ut erant, revinctis, equum concendit, & exercitum eduxit, juravitq; non ante se crines purgaturam, quam à defectoribus victoriam reportasset, longoque tempore bellum ducens, tandem victoria potita est. Post victoriam lavabat, & crines colligebat: unde Persarum Regum sigillum etiannum imaginem impressam habet Rhodogunem disjectis capillis praeditam. Talis erat Clearchi, Græcorum, qui Cyro militaverant, ducis, in quo Caryatides saltantes insculptæ erant. Plutarchus in
Αρταξέρξῃ: ἐπεὶ δὲ Κλέαρχον οὐκ τὸς αὐλαῖς σφραγίδας Τισαφέργυς ἐξηπάτησεν καὶ παρεσπόνδησεν ὅρκων θυμοφένων, καὶ συλλαβὼν αἴπεπεμψεν ἐν πέδαις δεδεμένους, δεηθῆναι φησὶ αὐτὸν Κλέαρχον οὐ Κτισίας, ὃπως κτενὸς ἐυπορήσει. τυχόντα δὲ οὐ τημελήσαντα τὴν κεφαλὴν, ἡθέλων πετῇ χρεῖα οὐκ τὸν δακτύλιον αντῶδειν, σύμβολον φιλίας πέδος τὸς ἐν Δωκεδαίμονι συγγενεῖς οὐκ εἰκείας. Εἶναι δὲ γλυφῆς τῆς σφραγῖδος Καρυαπέδας ὁρχαμένας. Quem locum malè à Lapo versum ita interpretatur Xylander: Postquam Clearchum aliosque duces interposito jurejurando circumvenit

venit Tissaphernes, comprehensosque & vinculis ad strictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias, ut pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis usu, & annum suum amicitiae mutua ad necessarios & familiares Lacedemone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Erant autem Caryatides Virgines Lacenæ, annuas choreas Dianæ Caryatidi agitantes, ut legimus apud Pausaniam in Messeniacis & Laconicis. Talis L. Syllæ Dictatoris, qui traditione Jugurthæ signavit, ut præter Plin: libro xxxvii. capite i. memoriarum prodidit Plutarchus in Mario pagina ccccxiij. Καὶ οὐτε Σύλλας ὁ φρεγῆδας ποιούμενος, ἐφόρει γάρ τινα φύτευχον εγχειρίδιον ὑπὲ τὸ Βόκχον Ιαγωδῶν ἔσωται. Atque ipse Sylla sigillum habuit, in quo Bocchus erat. Jugurtham ei tradens inscitus, quo sigillo usus est perpetuo. Et Val: Max: libro viii. capite xiv. L. Sylla Jugurthæ à Boccho Rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupidè afferuit, ut annulo, quo signatorio utebatur insculptam il-

lam

lam traditionem haberet. Et Intercatiensis illius, de quo Plin: libro xxxvii. capite i. Est apud autores & Intercatiensem illum, cuius patrem Scipio & Emilianus ex provocacione interfecerat, pugna ejus effigie signasse: vulgato Stilonis Praconini sale, quidnam fuisse facturum eum, si Scipio à patre ejus interemptus esset.

Sed & rebus inanimatis interdum signabant. Plinius quadriga se usum scribit Epist. xvi. libro x. Signata est annulo meo, causus est ἀποσεργυσμα Quadriga. Celeberrimo illi Polycratis annulo Lyram Musicanam fuisse insculptam, tradit Clemens Alex: libro iii. Pædagog. qui etiam eodem loco Ancoram nauticam tribuit Seleuco: quod & Appianus Alexandrinus testatur libro de bellis Syriacis. Καὶ ὅταρ αὐτὸν μητέρα idēν, ὃν Δέροι δακτύλιον, δεναι φόρημα Σελίνω, τὸν δὲ βασιλεῖσσαν ἐντὸς αὐτοῦ δακτύλιος ἐκπέσει. ηγή
η γένεται προάγνυεται εἰδήσω κεχαραγμένην, οἱ τίτανες φέρουσαι τὴν ἡ απώλετε κατὰ τὸν Ευφράτην. Narrat Seleuci matrem in somnis admonitam, ut quem primum annulum inveniret, gestandum filio Seleuco traderet: Et invenit illa ferreum cum insculpta Ancora; amissus est

est autem circa Euphratēm. Eadem fere Justinus libro xv. extremo: Seleuci mater Laudice cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, gravidam factam, munus concubitus a Deo annulum accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset, iussa donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc visum annulus, qui postera die ejusdem sculpturæ in lecto repertus est. Figura etiam ancoræ in nato deinceps puerο, cui Seleuco nomen, comparuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam edocto de origine sua dedit. Reperio etiam literas Hieroglyphicas annulis fuisse insculptas: id quod planum ex Heliodoro libro viii. pagina cccxcii. apud quem memoratur Caricleæ annulus lapidem, qui Pantarpe vocatur, in pala insertum habens, & literis quibusdam sacris pictus: Δακτύλιος - λίθῳ τῇ καλλιενῇ παντέρβῃ τὴν σφενδόνην ἀφέστη, χράματι δὲ ιεροῖς ποιήσαντος. Ut rem in pauca conferam, quod cuique in mentem veniebat, hoc vel illo Aposphragimate utebatur:

batur: plerumque tamen, ut CL. & do-
ctissimus Meursius notavit, eas annulis
signaturas insculpebant, quæ sibi conve-
nirent, vel ob eventum quempiam, vel
artem, quam factitarent, vel munus,
quod gererent. *Ob Eventum*, ut colligere
est ex isto, qui in munitione oppidi cu-
jusdam inventus, Victoriæ effigiem, &
tropæum habuit, quem à victore quopiam
in rei præclarè gestæ memoriam ita insi-
gnitum verisimile est. Sueton: in Galba
capite x. *Per idem fortè tempus in munitio-*
ne oppidi, quod sedem bello aegerat, reper-
tus est annulus opere antiquo, sculptura
gemma Victoriæ cum tropæo exprimente.
Eadem de causa in annulo Pompeij tria
tropæa fuere insculpta; quo signo etiam
Syllam usum, tradit Dio: libro XLII. ubi
cum dixisset Romanos Pompeij mortem
non priùs credidisse, quām annulum ejus
viderent, subjungit: ἐνέγκλυπο δὲ εἰ αὐτῷ
(δεκτυλίῳ) τρόπαια τελα, ὡς περὶ γὰρ τῷ Σύλλῳ.
Tropæum quoque fuit insculptum annu-
lo, quem Thymoleon in sortitione pri-
mus eduxit, teste Plutarcho in ejus vi-
ta, cuius verba capite XXIII. adduco.

*Ob artem munusve. Sic apud Plautum
Curculione Sc. Beatus, miles Teraponti-
gonus annulo insculptum habet militem
clypearium , qui elephantum machæra
dissecaret:*

Cu. multam me tibi

Salutem iussit Terapontigonus diere.

Et has tabellas dare me iussit. LY. Mihin' ? Cu. ita

Cape signum, nosce, nosti' ? LY. Quidni noverim:

Clypearus elephantum ubi machara disicit.

Iterdum etiam ijs signaturis utebantur,
quæ nomen ejus, qui signasset, aliquo mo-
do exprimerent. Id colligere est ex hoc
loco Symmachi libro ii. Epist: xii. Non
minore sanè cura cupio cognoscere, an omnes
obsignatas epistolas meas sumpseris eo annu-
lo, quo nomen meum magis intelligi , quam
legi promptum est. Neque enim dubium
est, quin annulo huic insculptum aliquid
fuerit, quod ad Symmachiorum nomen
alluderet. quomodo Ciceronem , cum
Quæstor in Sicilia donum argenteum
Dijs dedicaret , c M. Tullium inscripsisse
& loco cognominis cicer à fabro insculpi
jussisse , autor est Plutarchus in ejus vita.
Sic in Accoleij Lariscoli nummo Phæ-
thonis sorores mutatas in larices apud
An-

Anton. Augustinum. iv. Dialogo de Nummis Vett. pagina cxxx. editionis Italicae. & Ful. Ursinum de Familiis Rom. pag. ii. Et *Florem* in L. Aquillii Flori apud Fulvium pagina xxix. Et *Ciconiam* (quæ pietatis symbolum) in Q. Metelli Pii apud Fulvium , pagina xxxviii. & L. Antonii, qui ob pietatem erga M. Antonium fratrem Pietas cognominatus est , apud eundem Fulvium pagina xviii. & Sebast. Erizzo pagina ccxlv. Et *Malleum* in C. Malleoli (ex cuius majoribus aliquis fortè primus malleum invenerit) apud Fulvium pagina ccii. & plura hujus generis in aliis aliorum observare licet. Finiam hoc caput elegantissimo loco Clementis Alexandrini, qui libro iii. capite ii. pagina cvi. *Pædagogi*, multus est in præscribenda Christianis annulorum scalptura ; cautione, ut appareat , adhibita , ne vel se ipsos proderent , si aut crucem aut quidvis è Christianis mysteriis imprimarent, vel in religionem peccarent , si idololatrico aliquo aut libidinoso signo ute- rentur. Verba ejus hæc sunt. Αἱ Ἰαθητὲς τὸν ἔσω πελεκὸς, η̄ ιχθες, η̄ ναῦς κεκυρωμέσσα, η̄

λύρῃ μεσοικῇ, ἢ κέντρητῃ Πολυκράτῃς, ἢ στρατι-
ῃς ναυπικῇ, ἢ Σέλιδηνος ἀνεχαράπτετο τῷ γαλαζοῦ.
καὶν αἱδίων πὲ ἡ, δότος ὅλη μεμήσεται, καὶ τῶν εἴ-
δατο οὐνασταμένων παρίων. οὐ γὰρ εἰδώλων προ-
σωπα ἐναποτυπότεον: οἵτινες τὸ περισσέχειν απειρο-
τικού. οὐδὲ μηδὲ ξίφοι, οὐ πόξον τοῖς ἐιρηνήτην διώκοσιν:
οὐ κύπελλον τοῖς εωφρονεῖσιν. πετροὶ δὲ τῶν αἰγλα-
σῶν, γεγυμνωμένοις ἔχοσι τὰς ἐρωμένας, οὐ ταῖς ετα-
ροῖς: ως μηδὲ ἐθελήσασιν αὐτοῖς, ληφθεὶς ποτὲ ἐγγεγε-
νια δυνηθῆναι τῶν ἐρωπικῶν παθημάτων, περὶ τὴν
ἐνδελεχῆ τῆς αἰγλασίας τῶν ὄμηγον, id est: Sint
autem nobis signacula Columba vel Pisc-
cis, vel Navis, quae celeri cursu à ven-
to fertur: vel lyra Musica, qua usus est Poly-
crates, vel Ancora nautica, quam insculpe-
bat. Seleucus: Et si sit Piscans aliquis, met-
minerit Apostoli & puerorum, qui ex aqua
extrahuntur. Neque enim idolorum sunt
imprimenda facies, quibus vel solum atten-
dere prohibitum est: Sed nec ensis vel arcu-
ijs, qui pacem persequuntur: nec pocula ijs,
qui sunt moderati aut temperantes. Multi
autem libidinosi nudatos habent eos, quos
amant vel amicas, ut ne si velint quidem,
possint affectionis amoris oblivisci, quod li-
bido & intemperantia ejus perpetuo in men-
tibus eoc tollat etiamq[ue] B[ea]titudine aetern

tem revocetur. Sculpturnam Columbæ, cuius hic meminit, sed olivæ ramum rostro ferentis, addita supra Iride, infra autem arca Noëtica, ut planè Christianum agnoscas hominem, exhibuit Gorlæus in Dactyliotheca sua Num. cxviii. Solebant etiam Christiani annulos suos insignire duabus literis Christi nomen exprimentibus, per primos duntaxat characteres, litera Græcanica scilicet decussata & scissa per medium ipso X. hoc modo.

D e cuiusmodi aliquot è ruderibus effosso se vidisse testatur Cardinalis Baronius tomo primo Annalium, in Actis anni LVII. pagina cccc cv. & extat ejusmodi sculptura apud Gorlæum Nu. clxxxiv. quam tamen figuram non in annulis solum, sed & Nummis & Labaro, & Clypeis & galeis, prisci Christiani Imp. usurpabant, ut videre est apud Ant. Augustinum Dialogo primo de Nummis Antiquis, & Lips. libro III. de Cruce. Ipsum quoque signum Crucis in signatorio annulo Matrinæ virginis fuisse impressum, testatur Gregorius Nyssenus in ejus vita. Notat autem idem Baronius dicto loco apud

Christianos antiquum usum obtinuisse,
ut sponsalitius annulus Fidei signo , quod
est mutui fœderis ac concordiae symbo-
lum, sculperetur. Id enim præ se ferunt
conjunctæ simul dextræ , quarum porre-
ctione fidem sponderi , res est vel pueris
nota.

C A P U T XIV.

De annuli signatorii custodia. Annulo non diligenter asservato fraudem sape commissam. Signa adulterina, qua? Lex Solonis de annuli sigillo. Tabula & literas non lettas annulo non esse obsignandas.

Ceterum de Annulo signatorio plus quam satis : illud tamen etiam monendum , hujusmodi annulo non diligenter asservato magnam s̄epe frau- dem commissam esse : id quod sacra pa- riter & prophana historia testatur. In sa- cra legimus Jesabelem , postquam intel- lexit Nabothum nolle suam vineam , cu- jus emendæ desiderio rex tenebatur, ven- dere , literas nomine Achabi regis ad se- niores populi dedisse , easque annulo re- gio obsignasse , quibus inscio marito in- nocentis Nabothi cædem mandavit III.

Reg.

Reg: capite xxi. vers. viii. Eodem dolo
etiam usus Hannibal, cum annulo Mar-
celli consulis potitus esset. Nam Sala-
piam literas misit Marcelli nomine com-
positas, quibus significavit se nocte, quæ
diem illum sequutura esset, eò venturum,
parati milites essent, qui in præsidio e-
rant, si qua opera eorum opus esset. Et
verò hoc strategema ipsi forsan non in-
feliciter successisset, nisi Crispinus alter
Consul circa proximas civitates misisset
nuncios, occisum esse collegam, annulo-
que ejus hostem potitum, ne quibus lite-
ris crederent annulo Marcelli obsigna-
tis. Nam hic nuncius paulò antè Sala-
piam venerat, cum literæ ab Annibale
allatæ sunt, Marcelli nomen & signum
præferentes, teste Livio libro xxvii. Idem
erudit Jul. Frontinus libro iv. Stratego-
mat. capite viii. T. Quintus Crispinus, post
infaustum adversus Pœnos dimicationem, qua
collegam Marcellum amiserat, cum compe-
risset potitum annulo interfecti Hannibalem,
literas circa municipia totius Italæ dimisit,
ne crederent Epistolis, si quæ Marcelli annu-
lo obsignata perferrentur; monitione conse-
cutus,

cutus, ut Salapia & aliae urbes frustra Hannibalis dolis tentarentur. Plancum quoque Syriæ præsidem in majoris momenti hæc ris solitum fuisse nomen adscribere Antonii, & annulo ejus signatorio uti, atque hac occasione cædem Sex: Pompeij mandasse, autor est Appianus libro v. bellorum vilis pagina 1221111. Εἰσὶ δὲ οἱ Πλάγιοι οἱ Αντώνιοι λέγοντες ὅπιστοι λαοι, οὐ νομίζοντι αρχονταῖς εἰς οὐ ταῖς ὅπιστοι λαοῖς ὅπιστοι μηδένοις τὰ επίκριτα ὅπιστοι φεύγοντες Αντώνιον, οὐδὲ τὴν φρεγγίδην οὐδὲν θάνατον.
Hac fraude Valentinianus Placidiæ F. Imperator uxorem Petronii Maximi Senatoris & Patricii Romani, quam perditæ deperibat, ad se pelletam per vim stupravit, teste Procopio Cæsariensi lib. i. de bello Vandalico, cuius Latina verba adscribam, cum Græca non sint in promptu: Erat Maximo uxor ut formosissima, ita pudicissima: qua Valentinianus amore appetitus cum potiri cuperet, resque ad medium ardua foret, rem iniquam excoxitavit. Maximum jussit ad se in Palatum venire, quo cum talis colludens auro certo proposito, annullum ejus victor natus est. Hunc clam aduxorem missi viri nomine, ut quam pri-

mum

mum signo perspecto in Palatum salutatum
Eudoxiam Imperatricem veniat. Illa subito
paret: quam certi, quibus res nota ac man-
data erat, protinus in Aula excipientes, lon-
gè in gynaceum duxerunt. Vbi Valentini-
nus occurrens, vim ei intulit. Illa posthac
mæsta domum regressa calamitatem fatumq;
suum deflere, virumque magnopere detesta-
ri cœpit, ut qui occasionem huic rei nimia
sua temeritate, annulique sigillique sui da-
tione præbuit. Videndus & Sigonius libro
xii. de Imperio Occidental i actis
Anni ccccliv. Et, ut fabulas etiam affera-
mus, Miles ille Therapontigonus, apud
Lyconem Trapezitam deposuerat qua-
draginta minas, eisque mandarat, qui an-
nulo suo tabulas obsignatas attulisset, da-
ret operam, ut mulierem ille à Lenone
cum auro & veste abduceret. Cum vero
ipsi dormienti Curculio annulum sub-
duxisset & tabulas ille à se obsignatas ad
Trapezitam dedisset, factum ut virginem
cum auro & veste perdiditerit. Vide Plau-
tum Curculione. Sc. Date viam mihi, &
Beatus videor, &c: Quoi homini, &c. Et Mulier
etiam illa apud Apulejum libro x. de Asino

aureo ut mariti sui sororem velut æmul-
lam tori è medio tolleret , tale commi-
niscitur facinus : *Annulo mariti surrepta,*
rus profecta , mittit quendam servulum , sebi
quidem fidelem , sed de ipsa Fide pessimè me-
rentem , qui puellæ nunciaret , quod eam ju-
venis profectus ad villulam vocaret ad se ,
addito , ut sola & sine ullo comite , quam ma-
turissimè perveniret . Et ne qua fortè nasce-
retur veniendi contatio , tradit annulum ma-
rito subtractum , qui monstratus , fidem ver-
bis ad stipularetur . At illa mandato fratris
obsequens , hoc enim nomen sola sciebat , re-
specto etiam signo ejus quod offerebatur , gna-
viter ut præceptum fuerat incomitata festi-
nat , &c. Quo fine autem Constantinus
Magnus duodecim illis Romanis , quos
contra Persarum regem cum exercitu
misit , annulos clam ademerit , narrat
Codinus libro de originibus Constanti-
nopolitanis à Georgio Duza edito , cu-
jus verba , propter historiam memorabi-
lem , quam continent , non possum quin
adscribam : Θέλων δὲ μέγας Καυστρόν Σοι-
κῆση τὸν πόλιν αὐτῷ , μάλιστα δὲ τὸν Ρωμαίον εἰς τὸ
Βυζάντιον , ἐλαβεν δέ αὐτῶν λαθεγίων τὰ δικτύ-

λιθραὶ αὐτῶν ἐνεστάσις ἴδιως, οὐδὲ απέσδλευ αὐτὰς
εἰσποντῶν Περσῶν βασιλέας, ὅσις ἐκαλεῖτο Σάβα-
ρος. Τέσσαρας μὲν μαγίστρος, τὸν Ἀδεον, τὸν Προτό-
στον, τὸν Σκώλυμβρον, τὸν Φιλόξενον. Οκ-
τὼ δὲ αποτεκίχις, τὸν Πρόβον, τὸν Δομενίνον, τὸν Δε-
ρεον, τὸν Μαῦρον, τὸν Ραδανόν, τὸν Σαλπίωνα, τὸν
ἐπαρχον Μάδεσον, τὸν Εὐβελον, μὲν πλέιστης γραφῆς
εξαπέσειλεν αὐτὰς, ποιήσαντας δέκας ἔξι μίλιας ἐν
Περσίδι. Οδέ μέγας Κωνσταντῖνος ἀποστέιλας εἰς
Ράμιον, ἀνελάβετο τεσσαράκις αὐτῶν, καὶ τὴν
τέκνα, οἷς τὰς Φαμελίας ὠρες ἐχοῦσιν πίστας μηχαν-
ιῶν, οἵσις ἰδωσι τὰς οἰκίας αὐτῶν οὐκ τὸν τόπον ἐνὸς
ἐκάστης, πῶς τε κεῖνται καὶ ὅπως, ἐτέρας δὴ τὰς αἰγαλόες
τὴν θελάσσην, αἴλιας δὴ τὰς ἡπείρους, οὐδὲ τὸν χύματον
τῶν κηφαλαίων, καὶ τὰς αἰνόδους οἷςσιν ἡσαν ισχλιώ-
δεις. Καί λαβόντες τὰς Φαμελίας τῶν συγκλητικῶν,
ἀπῆλθον δὴ τὸ Βυζάντιον, καὶ ἐκποστοῦ ὅμοιων ἐκεῖνας, καὶ
ἐκαθίσαντο αὐτῶν τὰς Φαμελίας τύτων ἐκεῖσε. Ελθόντες γοῦν ἐκ τῆς Περσικῆς χώρας καὶ νίκης,
ἀναλαβόμενοι οὐκὶ ἐπακτέλλοντες κεντησάεισαν τριακόσιος
εἰκόνεστι πέντε, ἐδεξάστο αὐτὰς ὁ βασιλέας, οὐδὲ
ποιήσας δέωντας εἶπεν αὐτοῖς: Θέλετε ἀπελθεῖν εἰς
τὴν Ράμιον; δοκιμάζων αὐτὰς. Οἱ δὲ ἐφισσαὶ μή
καπελθεῖν μέχρι δύο μίλιων. Οὐ δέ τοι βασιλέας ἐφη.
Ἄποψε ἔχω δοῦναι ὑμῖν τὰς οἰκίας ὑμῶν. προστά-
ζεις Ευφράτη τῷ παρεχομένῳ αὐτῷ, ὅσις οὐκ
ἀποίησε τὸν μέχρι Κωνσταντῖνον χριστιανὸν, ἐνὶ ἐκάστῳ
ἀποδεῦγον αὐτῶν τὰς οἰκίας. οἷς γοῦν εἶδον τὰς που-

λαϊκας, καὶ τὰς αὐλαῖς, καὶ τὰς αἰνόδους ὄμοιας τῆς
 ἐν τῇ Ρώμῃ, καὶ τὰς μέτρας, καὶ ταὶς χήρωσται, καὶ ταὶς
 ὑψηῖ, οἷοι τοῖς δοτοβλεψίν τῶν θυελδῶν, ἔδοξαν εἶναι
 ἐκ Φαντασίας εἰσ τὴν Ρώμην. Εὐρόντες δέ τὸν Φε-
 μίλιον αὐτῶν, ἤξεπλάγυσαν. ἐρωτήσαντες δὲ τὰς
 ἴαυτῶν Θεμελίας, οὐδὲ μαζόντες ἀπειθῶς, τόποι πί-
 σευσαν ὡς οὐκέτι Φάντασμα, αἷτα Φρέσνησις
 Βασιλίως, οὐδὲ ἀκατάς, οὐδὲ μηδέ βυλομένος ὥκησεν
 ἐνταῦθῳ. Magnus autem Constantinus cum
 vellet suam civitatem Byzantium maxime
 à Romanis habitari, annulos cuiusque viri oc-
 cultè accepit, et misit ipsos contra Persarum
 regem, qui vocabatur Sabarus, quatuor ma-
 gistros, Adum, Protasium, Scolymbrum, Phi-
 loxenum, et octo patricios, Probum, Domi-
 num, Darium, Maurum, Rhodanum, Saltio-
 nem, Modestum Praefectum, Eubulum, cum
 magno exercitu in Persiam misit, ubi se de-
 dicim menses commorabantur. Magnus vero
 Constantinus legatis Romanis missis, uxores
 ipsorum, liberos et familiias vocavit. Consti-
 tuit etiam opifices, ut domos ipsorum et loca
 singula, ubi et quomodo sitae essent, in ora ne
 maritima vel continente, ut formam stru-
 erent, et quales gradus essent tortuosi obser-
 varent. Assuntis ergo secum familiis vocato-
 ram,

rum, ByZantium redierunt, ibi quod singula si-
mili modo considerunt, in ijs quod familias ipso-
rum habitare jussérunt. Cum itaque ex Perſia,
potiti victoria rediiffent, & trecenta sexa-
ginta quinque centenaria allata recepiffent,
imperator eos convivio excepit, illis quod dixit,
Vultis abire Romam? probans eos. Illi au-
tem dixerunt, se ante duos menses non rever-
sures. Imperator verò dixit, *Vesperi dabo
vobis ades vestras.* Iusserat enim Euphrati
accubitori suo, qui & Magnum Constanti-
num Christianum effecerat, ut unicuique ades
suas restitueret. Ut igitur viderunt portas,
atria, gradus, mensuram & formam, altitu-
dinem, & prospectum fenestrarum Romanis
similes, putabant se per somnium esse Roma.
Cum verò & familias suas invenirent, ob-
ſtupescerant. Et cum interrogarent suas fa-
milias, & penitus intelligerent, crediderunt
non esse phantasmam, sed prudentiam impera-
toris, quod invitos & nolentes degere hic
jusserit.

Sed & fictis annulis interdum frau-
dem esse factam legimus: quemodo Sex-
tum Tarquinii Superbi filium, qui Gabiis
erat, literas fictus & patris sigillo obsigna-
tas

tas, σεπουμειαμένιας τῇ Σπαρτιώς σφεγγίδι, domi
 Antistii Petronis, qui præcipuæ apud Ga-
 bins dignitatis erat, per ejus seruos pe-
 cunia corruptos deponendas curasse, ut
 illum, quem sibi obstatre videbat, prodi-
 tionis convictum ē medio tolleret, Ga-
 bios in suam potestatem redigeret, autor
 est Dionysius Halicarnassæus libro. v.
 Eadem quoque ratione Vitalianum præ-
 fectum prætorio occisum tradit Jul. Ca-
 pitolinus in Gordiamis tribus : Fictæ sunt
 literæ Maximini, signatae quasi ejusdem an-
 nulo, & missi cum questore milites, qui eas
 ferrent, addentes quedam propter literas se-
 creto esse dicenda. Longam igitur porticum
 petierunt, & cum ille ea, quæ sibi erant seare-
 to dicenda, perquireret, hortantibus ut prius
 signum inspiceret Epistolæ, dum considerat,
 interemptus est. Persuasum deinde est mi-
 litibus, jussu Maximini Vitalianum interem-
 ptum. De hujusmodi criminе falso à lega-
 tis Græcis commisso Guntherus libro v.
 Ligurini vers. ccclxviii.

Nam qui prædicti mandata priora tyranni
 Asonias urbes Hetruscaq; regna tenenti
 Attulerant, Friderice, tibi gentilibus usi

Fraudis

Fraudibus, impressis falso sub nomine Regis
Mendaces chartas sibi confecere sigillo.

Tale quid sibi quoque accidisse a quodam
falsario conqueritur S. Bernhardus Epi-
stola c c l x x x i v . ad Eugenium Papam :
Pericitati sumus in falsis fratribus & multæ
literæ falsatæ sigillo nostro in manus multo-
rum exierunt , & quod magis vereor , etiam
usque ad nos dicitur falsitas per volasse . Hac
necessitate abjecto illo novello , quod cernitis
de novo utimur , continente & imaginem no-
stram & nomen . Figuram aliam tanquam
ex nostra parte jam non recipiatis , nisi forte
pro Episcopo Claramontis , cui sub altero sigillo
literas dedi , cum nondum istud haberem .
Dicta autem fuerunt hæc signa adulteri-
na . Festus : Adulterina signa dicuntur alienis
annulis facta . L . xxx . D . Ad leg : Corneliam
de Falsis : Lege Cornelia testamentaria obliga-
tur , qui signum adulterinum fecerit , sculpse-
rit . L . iv . Institut : de publi : judiciis § . vii .
Ad hujusmodi fraudem igitur cavendam
Solon legem tulit , ne liceret annulario
retinere sigillum annuli venditi , teste
Laërtio : Δακτυλιού φω μὴ ἔχεναι αφεγγίδαι
φυλάττειν περιθέντες δακτυλίου . Ratio legis e-
rat ,

rat, ne posset *ιδακτυλογλωφος* alio factō simili annulo fraudem ei facere, cui priorem vendidisset.

Quare cūm adeo in proclivi sit crimen falsi per alterius annulum committere, cavendum, ne veniat in potestatem eorum, qui illo possint abuti. Atque hæc mihi causa videtur fuisse cur Petronius, qui flagitia Principis sub nominibus excolatorum seminarumq; & novitate cuiusq; stupri perscripsérat, atq; obsignata miserat. Neroni, annulum fregerit, ne mox usui esset ad facienda pericula. ut ait Tacitus libro XVI. Annal. capite xix.

Sed nec temerè quibuslibet tabulis Annulus imprimendus est. Magnum enim levitatis & supinæ negligentiae indicium est, præsertim in principe viro, tabulas vel diplomata non lecta nec expensa annulo obsignare, vel annulum signatorum temerè cuivis committere: quod Cicero Qu. Fratri studiose cavendum monet in elegantissima illa & plane aurea, quam ad ipsum Asizæ minoris rectorem scripsit, Epistola; his verbis: *Sit annulus tuus non ut vas aliquod, sed tanquam ipse*

ipse tu: non minister alienæ voluntatis , sed
testis tuae. Hoc enim sentit Cicero, quem-
admodum Turnebus libro xxvii. Ad-
versar: capite i. interpretatur, ne passim
sinat annulum suum à quovis , ut dome-
stica vasa , tractari , vulgoque & temerè
fine delectu quidvis obsignari , sed eo se-
lus utatur , aliis non abutatur , solusque ,
quod jus fasque sit , annulo signet. Vas
igitur est, ut si Græce ονδος diceres. Va-
sorum autem in domestica familia usus
est communis. Hic verus est, meo qui-
dem judicio, hujus loci sensus : quanquam
Franciscus Robortellus libro ii. Emenda-
tionum capite xvii. contra P. Manutium
contendit esse legendum vas aliquis , ita,
ut vas vadis non pro vase accipiatur , sed
pro sponsore , quasi dicat Cicero : viden-
dum tibi est , ô Quinte , ne annulus tuus
sit tanquam vas aut sponsor alienæ vo-
luntatis , id est , ne aliquis tuorum quæ-
stum hâc ratione faciat in provincia ,
dum annulo tuo prætorio multa obsi-
gnat te insidente , corruptus largitione
alicujus provincialis. Fuisset igitur tum
annulus tuus verè sponsor ac vas volun-

tatis

tatis alienæ , id est , corum qui pecunia corrupti erant. Nam sicuti creditores vadem postulant : ita illi provinciales , ne temerè pecuniam darent iis , qui polliciti erant , se obsignaturos prætoris edictum aut interdictum aliquod , postulabant antè vadem ac veluti sponsorem aliquem. Is autem erat annulus proprætorius. Obsignationem autem ubi viderant , se decipi postea posse non credebant. Nam vulgò si habemus manum & sigillum alicujus , tum dicimus nos vadem seu fidejussionem sufficientem habere. Ita accipit & emendat hunc locum Fr. Robortellus. Sed cum lectio usitata sententiam contineat nec ineptam , nec insolam , imò verò prudentiæ & gravitatis plenam , causæ nihil est , cur ab ea sit recedendum.

Ceterūm cum quanto periculo conjunctum sit , si principes viri decretis , tabulis , vel literis non lectis , nec diligenter ponderatis annulum signatorium statim imprimant , vel saltē , quod idem est , subscribant , testatur exemplum Theodosii II. Imp. cuius cùm tanta esset in obsequen-

sequendo quibuslibet facilitas , ut s̄apē literis non lectis manu sua subscriberet, Pulcheria ejus soror callidē se munus petere simulans , per literas poscebat sibi in servitutem tradi Eudoxiam conjugem , quam impensè ab ipso diligi non ignorabat. Quas cum ille non lectas subscriptio- ne confirmasset , soror monstratis & le-
ctis literis , acriter eum reprehendit , & ut deinceps in re tanti momenti cautior esset , graviter ac amicē monuit , teste Suida in voce πυλχεῖα: ubi de Theodosio sic loquitur : οὐτούσιν ταῦθείς τε καὶ απερίουε-
πιθεῖσι , εἰπάντοι μὴν παῖδες , μάλιστα δὲ τὰς πα-
τέρων αὐτῷ χέρτας απαρεγνώσως ὑπέγειαφεν.
ὅπερ ἡ σοφωτάτη γνῶση ποτε Πυλχεῖα , σοφῶς ὑπῆλ-
θεν τὸν δωρεάν πανδειάσσου δῆθεν πέδος δάλειαν η
ἔκαψε γαμετὴν Ευδοκίαν . Ιωνίην καθιπογέαί φας μή
περτερον αναγούσις , ὑπερον δεινῶς ἀνεδίζετο περὶ τῆς
Πυλχεῖας . Vide & Nicephorum libro iv.
capite xxiii. Socratem libro vii. capite
xxii. Theodoretum libro v. capite xxxvi.
Eandem levitatem in Imperatore Ale-
xio Comneno perstringit Nicetas libro i.
ubi ait , illum in honoribus conferendis
ad eō facilem fuisse , ut quodcunq; scri-

ptum quis ipsi porrexisset , id è vestigio
subsignaretur , sive inepta dictione con-
staret,sive qui id obtulerat peteret,ut ter-
ra quidem navigaretur , mare autem ara-
retur, & montes in medium mare trans-
ferrentur , vel , ut est in fabulis , Athos
Olymbo imponeretur.
Verba ejus haec
sunt : ὅ γέρης τοι περιστάνεται χάρτης τῷ βασιλεῖ,
αὐτίκα πεπομαίνετο, καὶ σολοκεωσείχε τὸν Φρεγ-
εων , καὶ ὁ περιπένων , ἐδεῖτο ναυπίλεοδη μηδὲν
ξηράν , αρχόντας ἢ τὸν Ιαλαογαν , ἢ τὸν ὄρη εὐκαρ-
δίας Ιαλαογῶν μεταπίθεοδη , εἴτε μὲν (αἰσ ὁ μῆδος
βόλετη) Ολύμπῳ Αἴθων ἐπαναπίθεοδη . Id ipsum
etiam tanquam crimen Fridericus I. obje-
cit Papæ Adriano I V. apud cuius legatos
cum multa paria literarum reperta es-
sent , & schedulæ sigillatæ ad arbitrium
eorum scribendæ adhuc , quibus per singu-
las Ecclesias Teutonici regni conceptum
iniquitatis suæ virus respurgere , altaria
denudare , vasa domus Dei asportare , cru-
ces excoriare nitebantur , ne ultra pro-
cedendi facultas daretur , Imperator ea-
dem , qua venerant , via ad urbem illos
jussit redire , ut patet ex Epistola Friderici
Barbarossæ ad Principes Imperii , quæ
extat

existat inter constitutiones imperiales à Nob. & CL. V. Melchiore Haiminsfeldio Goldasto collectas. pagina LX. Atque hæc fuit una ex causis, cur Wenceslao imperium ademptum: ut testatur sententia Exautorationis Wenceslai Rom. Regis à principibus Electoribus Imper. lata & pronunciata Anno C I O C C C C. Præterea membranas perplures nudas rasasq; sua tam
men maiestatis sigillo munitas amicis pecunia vendidit: in quibus cum illis, tum alijs, in quorum manus istiusmodi membranae vene-
runt, sub regio sigillo quod scribere vellent,
licuit. Qua ex re ob sacri Romani Imperij
jurium & emolumentorum damnosam im-
minutionem, & dissipationem, graves querelæ
subortæ sunt.

Solet etiam in obsignando hæc fraus interdum committi, ut aliud pro alio obsignetur, & id quod obsignum est, illis perniciem afferat, quod salutem sibi laturum arbitrabantur. Quo dolo Pharnabazus imposuit Lysandro Lacedæmonio, qui præfctus classis cum in bello multa crudeliter avareèque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, pe-

uit à Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimoniū daret, quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus autoritatem in ea re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem cum legisset, probassetque, dum obsignatur, alterum pari magnitudine, tanta similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissimè ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat: testimonij loco librum à Pharnabazo datum tradidit. Hunc summoto Lysandre quum Ephori cognovissent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator ut ait. Aemilius Probus. Vide & Plutarchum in vita Lysandi.

C A P U T X V .

De discrimine Annularum. Aureos gestare licuisse primum Legatis: deinde Senatoribus, mox & Equitibus, qui annulo à plebe distincti. Triumphantē ferreum retinuisse, Equitibus etiam militia fuisse iux aurorum annularum,

lorum, contra Lipsium ostenditur: non autem milibus gregariorum, quibus id primum Severus Imp. induit. Plebiorum argenteos in usu fuisse videri: ferreos servis, quorum frons ex occulta superbia in annulus indicatur.

Hacten^o de annulorum usu, qui in signando: nunc ostendemus annulos etiam fuisse peculiare ornamentum & insigne, quo status hominum olim & ordines Romæ distinguebantur. Ex auro, argento, ferro factos esse annulos supradiximus. Ex his ferreorum usus apud Romanos erat antiquissimus. Nam primis ejus Reipub. temporibus, ne Senatori quidem jus erat gestare aureum annulum, sed his tantum, qui legati ad exteris gentes ituri essent, annuli aurei publicè dabantur, *Credo*, inquit Plinius, quoniam ita exteris honoratissimi intelligebantur. Atque hi ipsi legatione perfuncti annulo publicè accepto, in publico tantum utebantur, intra domos verò ferreis, teste Plinio libro xxxii. capite i. Etsi autem paulatim non solum Senatores, verum etiam Equites aureos annulos usurparunt; fuisse tamen memoria avorum etiam inter Senatores nonnullos, qui pra-

tura quoque functi in ferro consenserint , prae-
dit idem Plinius : qui etiam autor est , Di-
vo Augusto decurias ordinante , majorem
partem judicum in ferreo annulo fuisse .
Imò verò ipsi Triumphantibus retinuer-
runt vestigia priscae simplicitatis . Nam
ferreo annulo usos fuisse Romanos Im-
peratores , cum curru auro gemmisque
magnifice ornato de hostibus victis tri-
umphantes in Capitolium inveheneren-
tur , autor est idem Plinius . d . l . *Vulgoque*
sic triumphabant , & cum corona ex auro
Etrusca sustineretur à tergo , annulus tamen
in digito ferreus erat , aqua fortuna &
triumphantis , & servi coronam sustinentis . Sic
triumphavit de Jugurtha C. Marius , au-
reumque non ante tertium consulatum sumisse
traditur . Verùm hoc præter communem
*morem fiebat , & ad retundendam trium-
phantis arrogantiam . Nam aliâs certum*
*est , Senatoribus primùm , mox & Equiti-
bus jus aureorum annulorum fuisse : qui-*
bustamen non licebat annulis uti , nisi à
prætoribus donati fuissent , ut ait Acro ad
Horatii Sat : vii . libri i . Prima mentio
annulorum aureorum , quibus quidem
Roma-

Romanis sint, extat apud Livium libro
ix. In actis anni ab urbe condita quadri-
gentesimi trigesimi secundi, Caudinâ
pace infamis, ubi narrat ob ditionem
tām fœdē factam Romæ exemplō sine
ulla publica autoritate concessum in o-
mnem formam luctus esse, tabernas circa
forum clausas, justitiumq; in foro sua sponte
ceptum prius, quām indictum, latos clavos,
annulos aureos positos. Sed à quibus annuli
aurei positi sint non addit. In fine autem
ejusdem libri in actis anni ccccxlii. tra-
dit idem Livius, plerosq; nobilium annulos
aureos & phaleras deposuisse, hac causa mo-
tos, quod Cn. Flavius libertino patre ge-
nitus & CL. Appij Scriba, qui jus civile
repositum in penetralibus Pontificum
evulgaverat, & fastos circa forum in albo
proposuerat à turba forensi Ædilis curu-
lis creatus esset. Ceterū Plinius, qui
procul dubio veterum annales diligen-
tissime super hac re consuluit, id solis Se-
natoribus adscribit: Quo facto, inquiens,
tanta Senatus indignatione exarsit, ut annu-
los ab eo abjectos fuisse in antiquissimis repe-
riatur annalibus. Fallit plerosq; qui tum &

Equestrem ordinem id fecisse arbitrantur.
Est enim adjectum hoc quoq; sed & Phalea
posita, propter quæ nomen Equitum adiectum
est. Mox autem subjungit: Annulos quoq;
depositos à nobilitate, in Annales relatum
est, non à Senatu universo. Quæ verba dum
rectè considero, & cum Livianis conten-
do, facile adducor in illam sententiam,
ut existimem solos nobiles & quidem eos
tantùm, qui in senatum allecti erant, au-
reis annulis usos esse. Atque hos annulos
Senatus, tanquam dignitatis suæ insignia
retinebat, cum post cladem Cannensem
in summa ærarii inopia, ut ad æmulan-
dum animos primùm equestris ordinis,
dein reliquæ plebis excitaret, omne suum
aurum, argentum, æs signatum in publicum
cum conferret. De qua re Livius libro
xxvi. in oratione Levini Consulis, Itaque
ut classem habeat, quam ornare volumus,
Populus Romanus, privatos sine recusatione
remiges dare, nobis met ipsis primùm impere-
mus: aurum, argentum, æs signatum omnes
senatores crastina die in publicum conser-
mus, ita ut annulos, sibi quisque & conjugi
& liberis & filio bullam: & quibus uxor
fili-

fibulae sunt, singulas uncias auri, pondo redinquant argenti. Huc respexit Augustinus libro iii. de Civit. Dei. capite xix. Tunc etiam stipendiis sufficiendis cum defecisset annarium, in usus publicos opes venere private, video unoquoq; id quod habuit conferente, ut praeter singulos annulos aureos, singulasque bullas, miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri Senatus ipse, quanto magis ceteri ordines tribusque relinquerent. Quod autem paulò antè idem Plinius affirmat, hoc primum esse vestigium aureorum annulorum, in eo videtur memoria lapsus, si modo vera sunt, quæ de positis ob pacem Caudinam annulis Liviis commemorat. Postillâ verò etiam Equites usurpare cæperunt. Nam secundo bello Punico, Annibal's frater Mago nuncius victoriæ, quam Poeni ad Cannas obtinuerant, Carthaginem missus cum res gestas in Italia exposuisset, ad fidem tam latarum rerum (verba sunt Livii libro xxiii.) effundi in vestibulo curiae jussit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam autores. Fama tenuit, que proprietor vero

est, haud plus fuisse modio. Adjectit deinde
verbis, quò majoris clavis indicium esset,
neminem nisi equitem atq; ipsorum primores
id gerere insigne. Tertullianus Apol. xL.
Annibal apud Cannas per Romanos annulos
cades suas modio metiebatur. Vide & Augu-
stimum de Civit: Dei libro III. capite xix.
Ex illo igitur tempore Annulus autem
peculiare Equitum erat ornatum,
quo à plebe distinguebantur. Plinius libro
XXXIII. capite II. *Annuli distinxere alterum*
ordinem à plebe, ut semel cæperunt esse cele-
bres, sicut tunica ab annulis Senatum tan-
tium. Quòd verò Isidorus liberis omnibus
aureum annulum tribuit, libertinis ar-
genteum, ea distinctio non videtur vera.
Verba ejus sunt: *Annulum aureum neq;*
serius neq; libertinus gestabat in publico, sed
annulo aureo liberi utebantur, libertini ar-
genteo, servi ferreo. Falsa, inquam, hæc est
Isidori distinctio. Nam inter omnes libe-
ros soli Equites Senatoresque hoc jure
aureorum annulorum gaudebant. Dion
libro XLVII. in actis anni 1000 xvi.
σδεν τῶν πάλαι Ρωμαίων σχόλιοι τῶν θεολόγων
ποτὲ, αλλ' σδε τῶν οὐ ελθέργω γένει τραφέτω.
δακτυ-

δεκτονίοις χρυσοῖς, ἀλλὰ τῶν βγλότων οὐ τῶν
ιππέων ἀξιῶν ἔχει. Apud antiquos Romanos
non modo liberto, sed nec ingenuo quidem ulli
aureo annulo licebat uti, nisi Senator esset aut
Eques. Planum est hoc ipsum ex eo, quod
Plutarchus narrat, Cornuti servos, cum
herum suum occultassent, plebeji homi-
nis cadaver ad rogum extulisse, eiique an-
nulum aureum induisse, ne Marii satelli-
tes, à quibus ille ad cædem conquireba-
tur, alium pro Cornuto exportari suspi-
carentur. Verba Plutarchi crudelissimam
illam cædem à Cinna & Mario Romæ fa-
ctam describentis in Mario hæc sunt :
*Ἄξιον δὲ αἰγαλεῖη καὶ θαυμάσιη τὰς δικαιούστας, οἱ πὲ δεσμότικοι ποκρύψαντες ὅμοι, νεκρὸν
ἔπι πάτερ τῶν πολλῶν αἰναρτίσαντες ἐκ διαφανῆς καὶ
θειάθεντες αὐτῷ χρυσὴν δεκτήλιον, θηριδέικυνον τῆς
Μαργίας δορυφόροις καὶ ιρμίσοντες ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν
ἔθαψαν. Quomodo enim ista suspicio hac
ratione tolli potuisset, si plebi æquè ac
Equitibus jus aureorum annulorum fuisset? idem confirmat Appianus, qui lib. II.
ἐμφυλίαν narrat, Tribunos plebis ob cæ-
dem Clodii tumultuantes, cum armata
multitudine in forum irruisse, & obvios
quos-*

quosque trucidasse, ac præfertim eos, οἵτοι τῶν ἐδῆσιν ή σφεγγῖται δόπιοι χρυσῷ διέφερον, qui vestitu annulisq; aureis ab aliis distabant. Neque tamen verisimile est Equites Romanos domi quidem jus aureorum annulorum habuisse, sed militiæ non habuisse. Id enim disertè pugnat cum historia de trimodiis annulorum ab Annibale Carthaginem missis, cuius paulò antè facta est mentio. Nec audiendus est Lipsius in Electis libro II. capite VIII. qui existimat hanc severitatem statim à bello Punico secundo introductam esse, propterea quod Appianus in bello Punico tertio militibus omnibus annulos aureos adimitat præter Tribunis. Appiani locus in Libycis hic est: Αχθομήνων ἡ πάντων ὅπλη τη τῶν πεσόντων αὐταφίᾳ, καὶ μάλιστε ὅπλη τοῖς χιλιαρχοῖς, οἱ Σκιτίων παὶ λύσας τῶν αὐχμαλώτων ἐπειρψετος Ασθράβαν καὶ παρέγνει θάψαι τὰς χιλιαρχας. ὁδὸς ἔρδυνοι γρόνοις τὰν νεκρὴν καὶ δόπιο τῆς σφεγγίδος δέσμῳ σέων (χρυσοφορεῖσιν τῶν σρατομηδίαιοι χιλιαρχοῖς, τῶν ἐλαπόνων σιδηροφορεύτων) ἐπειρψετος πολέμοις ἥγοιμνος, εἴτε τὰ Σκιτίων δόξαι ηδη δεδιώσ τε καὶ θεραπέων. id est Cum omnes molestè ferrent, relictos inhumatos milites,

præci-

principiū Tribunos, Scipio captivum quendam solutum vinculis misit ad Asdrubalem, rogans ut sepeliret Tribunos; ille quasitos inter cadavera & aureorum annulorum angitos indicio (hic enim differunt a vulgo militum ferreos gestantium) sepeliit; sive humanum hoc ratus & a belli jure non alienum: sive metuens jam tum Scipionis gloriam & tantum virum hoc officio demereretur cupiens. Verum haec verba [τῶν ἐλαπόνων σιδηροφορεύντων] non nisi ad pedites & gregarios milites producenda sunt, ut ipse Lipsius postea de Militia libro II. Dialogo x. recte monuit. Nam Equites pari penè loco & dignitate erant cum Tribunis: atque ideo etiam cum militarent, aureis annulis utebantur. Nec patrocinatur sententia Lipsii Suetonius, qui in Galba capite x. narrat, delegisse eum Equestris ordinis juvenes, qui manente annulorum aureorum usu Evocati appellarentur, excubiasq[ue] circa cubiculum suum vice militum agerent. Nam non tam de retentione annulorum Suetonius, ut insolens & præter communem morem, notat, quam quod Equestris ordinis juvenes vice

vice militum excubias circa cubiculum
Principis agerent, & quòd illi ipsi juvenes
appellarentur Evocati, quos constat ve-
teranos fuisse, gnaros prudentesque mi-
litiæ, qui expletis stipendiis sponte ins-
gratiam Consulum aut Ducum militiam
sumebant. Tandem verò Severus Imp.
recens ad imperium evectus, cùm multa
alia militibus indulxit, quæ antea non ha-
bebant, tum etiam δακτυλίοις χρυσοῖς χει-
ροδημαὶ ἐπέρεψε, aureis annulis uti permisit,
teste Herodiano libro III. Imò Valerius
Aurelianus Imperator disertè mandat
Vicario suo inter alia, ut miles stipen-
dium in baltheo habeat, non in popina: tor-
quem brachialem & annulum apponat, teste
Vopisco. Pagina cccii.

Sed nec de argenteo annulo, quem
Libertini gestarint, ut Isidorus affirmat,
quicquam apud probatæ fidei scriptores
me legere memini. Si tamen conjectu-
ris agendum, plebs videtur eo usâ esse. Id
ut credam movet me Plinius, qui fœmi-
nas plebejas sibi compedes (ita annulos
appellat) ex argento fecisse asserit. libro
xxxiii. capite xii. Argentum succedit ali-
quando

quando & auro, luxu fæminarum plebis
compedes sibi ex eo facientium, quas induere
aureos mos tristior vetat. Cum enim hic
muliebrem sexum plebeium usurpare
argenteos audiamus, quid ni eosdem et-
iam à virili usurpatos censeamus?

Ferrum autem inter servos hæsit. Plinius cùm triumphantibus in digito an-
nulum ferreum fuisse dixisset, subdit,
aqua fortuna triumphantis & servi coronam
sustinentis. Hinc etiam est, quòd senex
ille amator Stalino apud Plautum Casina
Act. III. Scena v. vers. LXIII. ancillæ Par-
daliscæ annulum aureum pollicetur, si
quod cupiebat, posset efficere: *audin'*
Si effexis hoc, soleas tibi dabo & annulum in digito
Aureum & bona plurima.

Nam habere quidem aureos annulos in
peculio suo illis licebat, non verò gestare.
Quanquam fuere qui novitio quodam in-
vento aurum ferro solebant superinduce-
re, vel etiam merum purumq; aurum de-
colorare & deformare in modum ferri:
atq; ita gestabant aurum nec videbantur
geltare, cùm colore aliquo atro, quod ho-
dieque usitatum, aut fusco id velarent.

Ita,

Ita, enim rectè interpretatur Lipsius verba Plinii servorum fraudem & occultam in annulis superbiam perstringentis : *Nec non & servitia jam ferrum auro cingunt, alii per se mero auro decolorant.* Annulus autem hic servis erat ad usum potius, quam ad ornatum, nempe ad signandum. Apulejus libro x. *Donec iussu magistratum ministeria publica contrectatis nequissimi servi manibus annulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt.* Sed de ferreis annulis hoc etiam in transcurso notandum, illos contactu magnetis attritos habere vim quandam attrahendi & se se mutuo alligandi ; de qua re elegans locus extat apud Platonem in Jone : *Εἰ τὸ τέτο πέχυη μὴ εἴκεν ὃν ταράσσει οὐδὲν Ομήρει ξύλεγεν (οὐκῶδη ἔλεγον) θείως δὲ διώμης ήσε κινῆσθαιερεὶ τῇ λίθῳ, λοῦ Ευερπόδης μὲν Μαγνῆτιν ἀνόμασεν, οἱ δὲ πολῖοι, Ηρεφαλείαν. καὶ γὰρ αὕτη ηλίθος μόνον αὐτεῖς τὰς δακτυλίας ἀγαθὰ τὰς σιδηράς, αἷλα δὲ διώμημιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις, ὡς τε διώκαδη ταυτὸν τέτο ποιεῖν ὅπερ ηλίθος, αἷλας αὖθις δακτυλίας : ὡς τὸ οὐροτε οὔρωθὸς μακρὸν πάνυ σιδυρέαν μηδ δακτυλίων ἐξ αἷλήλων ἤρετηται. πάσι δὲ τέτοις ἐξ οἰκείης τῆς λίθου οἱ διώμημις αὐτήρετηται. οὗτοι δέ ηλίθοι*

" Mάσας ένθετος μήποτεν αὐτὴν Διός δὲ τῶν ένθετων ξε-
τῶν αἱλῶν ένθετοι ζόντων ἴσημαθὸς ἐξαριώτης.
Hoc est. Ut bene de Homero loquaris, ars tibi
non præstat, ut modò dicebam, sed divina vis
est quæ te moveret, sicut in lapide, quem Magne-
tem Euripides nominavit, nonnulli Hera-
clium vocant. Qui lapis non solum ferreos
annulos trahit, sed vim etiam annulis ipsis
infundit, qua hoc idem efficere possint, ac pe-
rinde ut lapis, alios annulos trahere. Unde
longa plerumq; concatenatio ferri & annu-
lorum in vicem pendet & omnibus his ex illo
lapide vis attrahitur: Ita ipsa Musa poëtas
divino instinctu concitat, poëtæ conciti alienos
furore corripiunt: quare ex his omnibus se-
ries ipsa contexitur. De eadem re & D.
Augustinus libro xxi. de Civitate Dei ca-
pite iv. Magnetem lapidem novimus mira-
bilem ferri esse raptorem. Quod cum primùm
vidi, vehementer inhorrui. Quippe cerne-
bam à lapide ferreum annulum raptum atq;
suspensum, deinde tanquam ferro, quod ra-
puerat, vim dedisset suam, communemque
fecisset, idem annulus admotus est alteri,
eumque suspendit, atque ut ille prior lapidi,
sic alter annulus priori lapidi cohærebatur.

K

Accessit

Accessit eodem modo tertius, accessit et quartus. Namq; sibi per mutua connexis circulis non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhaerentium quasi catena pependiderat annulorum.

CAPUT XVI.

Annulorum jus fuisse tantum illis Equitibus, qui censum equestrem habebant: quo imminuto annulus deponebatur: quod et in cessione bonorum factum. Quomodo Adnuli aurici non solam cum plebe, sed et cum libertinus libertusq; fuerint communicari, ostensum. Apud Brachmannes qui aurum in digitis gestarint?

SE D redco ad aureos annulos, quibus Equites fuisse à plebe distinctos distum est. Neque tamen omnibus Equitibus, sed iis tantum, qui censum equestrem, id est, quadringenta milia sestertiūm habebant, aureos annulos gestare licuit. Id vel ex eo intelligi potest, quod Suetonius in Cæsare capite xxxix de Laberio Eq. Rom. scripsit, eum, cum Ludis postulatu Cæsaris minimum egisset, donatum ab eadem quingentis sestertiis q; annulo aureo, sessum in quatuordecim è scena per orchestram transisse. Vide Macrob.

libro

libro h. Saturnal. capite ii. Senecam libro
vii. Controvers. Declam. iii. Atque hæc
est causa, cur milites illi, qui magnis præ-
miis à Jul. Cæsare ad Rubiconem transe-
undum Arimini sollicitabantur, promissa
sibi cccc millia ariolati sint, cum priùs
falsam de promissio jure aureorum annu-
lorum opinionem concepissent. Sciebant
enim aureos annulos & censum eque-
strem eidem competere nec separari pos-
se. Svetonius in eodem Cæsare capite
xxxiii. Existimat̄ etiam equestres census
pollicitus singulis : quod accidit opinione fal-
sandi Nam cum in alloquendo exhortandoq;
sæpius digitum lœvæ manus ostentans, affir-
maret se ad satisfaciendum omnibus, per quos
dignitatem suam defensurus esset, annulum
æquo animo quoq; detracturum sibi: extrema
concio, cui facilius erat videre concionantem,
quam audire, pro dicto accepit, quod visu su-
spicabatur ; promissumq; jus aureorum annu-
lorum cum millibus quadringentis fama di-
stulit. Ad hunc morem respexit eumque
perstrinxit Arnobius libro i v. adversus
gentes : *Quis ad extremum Deam Pecu-
niam esse credat, quam velut maximum nu-*

ordi

K 2

men

men vestræ indicant literæ , donare annulos aureos, loca in ludis atq; in spectaculis priora, honorum suggestus summos , amplitudinem magistratus & quod maximè pigri ament, securum per opulentias otium? Eundem verò annulum Equites non nisi re decocta vel censu imminuto deponebant, vel oppignerabant vel etiam vendebant. Martialis libro viii. Epigr. v.

Dum donas , Macer, annulos puellis,
Desisti, Macer, annulos habere,

Et libro ii. Epigram. LVII.

Quem grex togatus sequitur & capillatus
Recensq; sella linteisq; loricisq;
Oppigneravit ad modo Claudi mensam
Vix octo numis annulum, unde cœnaret.

Juvenalis Sat. xi.

Talibus à dominis post cuncta novissimus exit
Annulus & dígito mendicat Pollio nudo.

In cessione quoque bonorum olim , quæ ex lege Julia fiebat , inter alias rerum & verborum solemnitates in ea usurpari solitas(quæ tamen cuiusmodi fuerint hodie ignoratur) etiam hanc fuisse , ut annuli & alia , quæ dignitatis alicujus, & ordinis essent insignia , solenni ritu deponerentur , rectè suspicatur C L. & ingeniosissimus

mus Scipio Gentilis, noster, dum vivebat, amicus, ex hoc loco Apuleji in Apologia. *Lex*, inquit, negat posse dissolvere: annulos aureos & omnia insignia dignitatis abjicit: cum creditoribus depaciscitur. Quanquam tale quid in cessione bonorum usitatum, fuisse etiam tempore Ciceronis, colligere est ex oratione illius, quam habuit pro Sex. Roscio Amerino, in qua Chrysogonum his verbis compellat: *Rogat oratq; te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in rem suam convertit, si nulla in re tefraudavit, si tibi optima fide sua omnia commisit, adnumeravit, appendit, si vestitum, quo ipse tectus erat, annulumque dedit. &c. ut sibi per te liceat innocentiamicorum opibus vitam in egestate degere.* Nec incommode huc trahi potest illud Cæsar is factum, cuius paulò antè facta est mentio, qui se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoq; aequo animo detracturum sibi, arreto dígito affirmabat.

Erat igitur equestris quidem ordinis insigne annulus aureus: interdum tamen factum, ut etiam è plebe aliqui eo à

K 3 magi-

magistratibus donarentur. ^{nou} Testatur ill
Cicero libro III. in Verrem. Sæpe nostri
Imperatores superatis hostibus optimè Repub.
gesta, scribas suos annulis aureis in concione
donaverunt. Et paulò post, ubi reprehendi-
t Verrem, quod Scribæ suo, quem prius
mirum in modum locupletaverat, talem
annulum dedisset, recitat soleinia illa
verba, quibus in donatione aureorum
annulorum Romanis utebantur: Annulo
est aureo Scriba donatus & ad eam donatio-
nem concio est advocata. Quod erat os
tuum, cum videbas in concione eos homines,
quorum ex bonis iste annulus aureus dona-
batur, qui ipsi annulos aureos posuerant,
liberisq; detraxerant, ut esset unde Scriba-
tuus hoc tuum munus & beneficium tuere-
tur? Quæ porrò prefatio tua donationis
fuit? Illa scilicet vetus, atq; imperatoria?
Quando tu quidem in prælio, in bello, in
re militari; Cujus ne mentio quidem te
Pratore ulla facta est: an illa? Quandoqui-
dem tu nulla unquam mihi in cupiditate
ac turpitudine defuisti, omnibusque in-
iisdem flagitiis mecum & in legatione &
prætura & hic in Sicilia versatus es: ob
hasce

hasceres quoniam te locupletavi, hoc
annulo aureo dono. Vera haec fuisset ora-
tio; non enim iste annulus aureus abs te da-
tum istum virum fortem, sed hominem locu-
pletam esse declarat. Ita eundem annulum
sub uscio datum testem virtutis duceremus, abs
et donatum comitem pecunie judicamus.
Clarum id & ex Inscriptione veteri, quæ
decimo ab Ebora lapide: audiuntur e. s. o. r. v.
oluntur: immixtu M. s. S. A. in iudicium
-citatu C. ANTONIO. C. F. FLA
to INVINO. V. VIRO. JUN.
-ONI HAST. LEG. II. AUG. TORO.
-ANOB AUR. ET. AN. DUP. OD. VIRI.
-TAT. DONATO. JEN. VERECUN
-ENDIT. DA. FLAM. PERP. MUN. EBOR
-MATER P. C.

Hoc honore Sylla Roscius comedum
affecit, Macrobius libro II. Saturnal. ca-
pite x. *Is est Roscius, qui etiam L. Syllæ ca-*
rissimus fuit, & annulo aureo ab eodem Di-
ctatore donatus est. De C. Julio Cæsare, qui
Laberium quantumvis Equitem aureo
annulo donavit, paulò ante diximus. Ejus
vero exemplo etiam Balbus Quæstor lu-
do & 29 auctriev filiis K. ad se amicis,

dis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum
histrionem, summo ludorum die annulo aureo
donatum in xiiii. sessum deduxit: tot enim
fecerat ordines equestris loci, ut scribit Asinius
Pollio ad Ciceron. lib. x. Epist. xxxi.

Atq; hoc jus aureorum annulorum solis
ingenuis concedi solebat à magistratibus
ante tempora Augusti. Hic primus eodem
honore insignivisse legitur Menam &
Ant. Musam libertos: Menam quidem ob
id, quod Sex. Pompejo relicto ad Augu-
stum cum classe & exercitu confugisset.
Dio. libro XLVIII. Καὶ ἀντὸν ἐκεῖνος ἀσμέ-
νως ἴδων εἴπει ἐξέδωκεν ἐξαιρθέντα ποὺ τρεφότην ποὺ
ἐν πυῆ μεγάλη ἡγαγε. δακτυλίους τε χρυσοῖς ἐνό-
σμησε ποὺ εἰς τὸ τῶν ἵππων τέλον ἐσέχαψε. h.c.
Cæsar Menam libentissimè accepit, neque
dedidit Pompejo postulanti & magno insuper
in honore habuit, annulisque aureis decora-
vit, & in equestrem ordinem adscripsit. Ant.
Musam verò, quòd ejus opera ex ancipiti
morbo convaluisse. Dio libro LII.
Καὶ ἀντὸν μηδὲν ὅ, π μηδὲ τῶν πάντων ἀναγκαῖον
ποιεῖν δικαίμενον, Αιτώνιος Μάσας ποὺ Φυλοπο-
σίας ποὺ Φυλοποσίας ανέσωσε. ποὺ Διχέστη ποὺ
λεγήματα παρέστε Σταύρος ποὺ παρέστη τῆς Βελῆς
πολλῶ,

ανδράς, οὐκ τὸ ζευσοῖς δαντιλίοις (ἀνελένθερος πᾶσι) γένησις. τούτο τὸ τέλειον οὐκ ἔστω καὶ τοῖς οὐρανοῖς, χρὴν τοῖς τόποις, αὐλαὶ καὶ τοῖς ἐπιτηρούσις, ἐλαφεῖς. hoc est. Antonius verò Musa, cum nihil Augustus eorum, quæ maxime ad sanationem opus erant, posset facere, lavacris frigidis, frigidisq; potionibus, sanitati restituit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Augusto & Senatu multa, ususq; annuli aurei, (libertus enim erat) datus est, immunitasq; non ipsi modo, sed omnibus eandem artem exercentibus in posterum quoq; tempus concessa. Eadem Zonaras libro II.

Ceterūm cùm annulorum usus increbesceret, & cum vilibus etiam personis communicaretur, constitutum, ne cui jus id (annulorum aureorum) esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, avoq; paterno sacerdotia cccc census fuisset, & lege Iulia theatrali in XIV. ordinibus sedendi. Factum hoc Tiberii principatus anno nono, C. Asinio Polione, C. Antistio Vetere Coss. anno urbis conditæ septingentesimo septuagesimo quinto, futili penè de causa, cum C. Sulpicius Galba, dum juvenilem famam apud Principem popinarum pœnis aucupatur,

questus esset in Senatu, vulgo institores ejus
culpae defendi annulis. Plinius libro xxxii.
capite ii. Sed constitutio illa non diu da-
ravit. Nam statim sub Claudio Senatus
(quod tamen tanquam rem indignam
reprehendit Plinius) Pallanti Claudiis li-
berto prætoria ornamenta decrevit, pli-
psumque censuit non exhortandum modo,
verum etiam compellendum ad usum aureo-
rum annulorum. Erat enim, ut Plinius libro
viii. Epist. vi. ironicus inquit, contra ma-
jestatem Senatus, si ferreis prætorius utere-
tur. Icellum quoq; Galbae libertum annu-
lis aureis & Marciani cognomine dona-
tum, tradit Tacitus libro i. histor. & Sve-
tonius in Galba capite xiv. Vitellius Imp.
libertum suum Asiaticum primo imperii
die aureis donavit annulus super cænam, cum
mane rogantibus pro eo cunctis, detestatus
esset severissime talem equestris ordinis ma-
culam, ut ait Sveton. capite xii. vel ut Ta-
citi verbis utar libro i. histor. Postulante
exercitu, ut libertum suum Asiaticum eque-
stri dignitate donaret, inkonestam adulatio-
nem compescuit. Dein mobilitate ingenii,
quod palam abnuerat, inter secreta convivis
lardi-

largitur, honoravitque Asiaticum annulis,
fiedum mancipium & malis artibus ambi-
tiosum. Ejusdem Vitellii frater Lucius
servum Virginii Capitonis annulis dona-
vit, in quibus etiam aliquantò post hic
patibulo affixus est. Tacitus lib. iv. histor.
Solatio fuit servus Virginii Capitonis, quem
preditorem Tarracinensium diximus, pati-
bulo affixus, in iisdem annulis, quos accepto
a Vitellio gestabat. Sic Domitianus servum
Hetruscum aureo annulo donatum inter
equites retulit: quod indicare voluit Sta-
tius libro iii. Syl. in Lacrimis Hetrusci,
cum inquit:

Mutavitq. genus, lavaq. ignobile ferrum
Exuit & celso natorum aquavit honore.

Opilium Macrinum quoque libertinum
hominem, qui occiso Antonino Bassiano
imperium arripuit, donatum aureis an-
nulis, ex Aurelio Victore refert Jul. Capi-
tolinus in Macrino.

Sed quid pluribus exemplis recensem-
dis nos fatigabimus? cum certum sit, an-
nitorum usum circa hæc tempora ita in-
valuisse, ut simul ac quis manumissus
erat, statim etiam de jure annitorum im-
petran-

petrando cogitationem susciperet. Hinc servus ille in Arriani Epicteto libro iii. capite xxvi. pagina clvii. cum libertus factus esset , & tamen conditionem suam nihilo meliorem animadverteret, ομῶς δὲ ἀν δακτυλίος , inquit , λάβω , τὸν γιργάτα Διόξεω νοὶ ἐνδαιμονίατα . hoc est , tamen si annulos accepero , tum prosperrimè vivam & felicissimè . Imò Tertullianus etiam inter vulgata manumissionis insignia refert annulum aureum lib.de Resurrectione carnis capite LVII. Atqui & vestis alba nitore & aurei annuli honore & patroni nomine ac tribu mensaque honoratur . Quæ tamen verba cautè intelligenda sunt . Nam manumittere quidem servum patronus poterat , sed jus aureorum annulorum eidem conferre non poterat . A principe id impetratum oportuit & quidem cum patroni consensu . Nam qui invitis aut ignorantibus patronis acceperant , illis Divum Commodum jus aureorum annulorum ademisse testatur Marcius Ictus . Cum verò quotidiana fere esset hæc impetratio , videtur hæc Tertullianus non accuratè discriminasse .

Cete-

Ceterum quod de impetrando jure aureorum annulorum diximus, id postea abrogatum est Constitutione Justiniani, omnibusque concessi, etiam Libertinis, aurei annuli. Novella LXXVIII.

Δια το θεωρίουμ, εἴπε ἐλθερώσας οἰκέτην ἢ
βεργίπαναν αὐτόν, πολίτας αὐτὸς ἀποφύνει Ρω-
μαίος (εδέ γὰρ αὐτῶς ἔξεστι) οὐ ωρίζεται οὐ με-
τάσθιας οὐ τῷ ἐλθερίῳ λαβὼν, ἔξει παρεπίμηκον εὐθὺς
ἡ τῷ τῷ χρυσῷ δακτυλίῳ ἡ τῷ τῷ παλιγγενεσίᾳ
δίκαιον, ἡ σὸν ἐξ αὐτῆς αὐτός οὐτοῦ ωρίζεται
βασιλείας ἐπι, εδὲ δεήσεται παντελῶς ἀδερίας πολυ-
πλαγμοσιῶν. Propterea sanctius, si quis
manu mittens servum aut ancillam suam, ci-
vies denunciaverit Romanos, (neque enim
aliter licet) sciat ex hac lege, quod qui liber-
tatem acceperit, habebit subsequens mox &
aureorum annulorum & regenerationis jus,
& non jam ex necessitate hoc à principibus
postulabit. Ipse etiam Leo Imp. cum pri-
vatis interdixisset usum auri & gemma-
rum, tamen exceptit ornamenta matro-
nalia & muliebrium viriliumque annu-
lorum habitum. L. unica. Cod. Nulli
licere in frenis. & Constitut : Leonis
LXXXI. Solis clericis, nisi sint in di-
gnita-

gnitate constituti , annulos gestare non licet , ex decreto Concilii Lateranensis sub Innocentio III. & Basileensis sub Sigismundo Imperatore habiti : Nullus portet annulum , nisi cui competit ex officio dignitatis , & unum duntaxat . Nam alias vulgo dici solet : Clericus annulatus aut est fatuus aut pralatus .

Antequam hoc caput concludam , non possum , quin mentionem faciam ritus olim apud Brachmanas Indorum Gymnosophistas usitati . ^{XV} Autor est Strabo libro xv . Geograph . illos extra urbem in luco rebus divinis humanisqne perdis scandis occupatos vivere απεχομένος ἐμβόλιον κανοφρεστοίων , animalibus & Venere abstinentes , annos triginta circiter persistere , ita modestos , ut qui screet , aut expuat in illo die , ē coetu tanquam incontinentis excludatur : quibus finitis in sua quemque secedere , laxius licentiūsque vivere σινδονοφορεῖται καὶ γρυποφορεῖται μαργίων τῆς χερσὸν καὶ τῆς ὕσπειρος . hoc est , sindonem induere & aurum in manibus & auribus moderatè gestare .

CA-

CAPUT XVII.

De luxu Annorum. Plures annulos gestare priscis temporibus vito datum. Tandem non solum in omnibus digitorum articulus plures gestati: quod ramam molitiae signum semper habitum. De Annulis hibernis & astivis. Annuli Natalitii qui? Bella ob annulos orta. Annulos & vestes qui nunquam mutarint.

Quomodo annulus aureus primum non plebi, deinde & ipsis libertinis libertisque communis factus sit, ex his constat. Dici autem non potest, quantum opere postillâ se luxus Romanorum in annulis ostentari. Etenim primis quidem temporibus vito dabatur viro plures annulos, quam unum digitis gestare. Isidorus libro penult. capite xxxii. *Apud veteres, inquit, ultra unum annulum uti infame habitum viro.* Gracchus in Menium: *Considerate, Quirites, sinistram ejus: enclusus autoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier, ornatus est.* Pergit mox Isidorus exemplum apponere: *Crassus, inquit, qui apud Parthos periiit, in senectute duos habuit annulos, causam proferens, quod pecunia ei immensa crevisset.*

Multe

Multi etiam Romanorum præ gravitate annulum gestare in digito abstinuerunt. Sed de uno annulo, etiam Attejus Capito apud Macrobius libro v. i. Saturnal. capite xiii. Apud veteres, inquit, nec plus annulorum habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero. Sed & Horatii ad huc ætres annuli videntur vitio versi: quo nomine perstringit Priscum quendam satira vii. libro ii. his verbis:

sæpe notatus

Cum tribus anellis, modo lava Priscus inani.

Tandem verò luxus annulorum adeo inolevit, ut etiam omnibus digitis gestarent. Martialis libro v. Epigr. LXII.

Per cuius digitos currat levius annulus omnes.

Imò verò uno digito plures. Idem Martialis de Charino libro xi. Epigr. LX.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,

Nec nocte ponit annulos.

Lucianus in Dialogo, qui Gallus inscribitur, diviti alicui sedecim annulos tribuit. Sic enim ibi Gallus ad herum suum Micyllum: Εγώ δέ τιλία εἰσήγαγα τιλία ἐκείνας ἔχων καὶ δακτυλίας βαρεῖς, ὅσον ἐκκαΐδεκα, ἐξημμένας τῶν δακτύλων, ἐκέλευσον ἐσιάστη πνα λαμπτήραν ἐντεπθῆτε καὶ εἰς τὸ οδοχώμα τῶν φίλων, id est, Ego interim

terim illius indutus vestitum & annulos
graves gerens circiter sedecim digitis inser-
tos, epulum quoddam splendidum jubebam
adornari, quo amicos acciperem.

Quid? quod etiam in singulis articulis
& quidem in uno plures gestabant. Mar-
tialis libro v. Epigr. xi.

Sardonicas, Smaragdos, Adamantas, Iaspidas uno
Portat in articulo Stella, Severe, meus.

Fuit autem ferè mollis & delicati animi
signum semper habitum; plures annulos
& eos quidem in extremis digitis gesta-
re. Id in Trimalcione notavit Petronius,
dum ipsum ait habuisse *extremo articulo*
digitii sequentis minorem annulum tocum
aureum. Et Seneca libro vii. Natur. Quæst.
capite xxxi. cum varias luxuriæ species
recensuisset, mox addit: *Exornamus an-*
nulis digitos & in omni articulo gemma dispo-
nitur: Quotidie comminiscimur, per qua
virilitati fiat injuria, ut traducatur, quia
non potest erui. Quintilianus etiam in O-
ratore suo hoc reprehendit libro xi. cap.
ult. *Manus non impleatur annulis, præcipue*
medios articulos non transeuntibus. Sed
omnium disertissime morem hunc im-

L

probat

probat Clemens Alexandrinus libro iii.
Pædagog. capite xi. Αλλὰ καὶ τὸν δακτύλιον εἰς
ἐπί ἀρθρῶν Φορητόν τοῖς ἀνδεφάσι. γυναικεῖον γὰρ
ἔστι. εἰς τὸν χειρὸν καθίεναι. ἐταῖς γὰρ στρεγμένοις
χειρὶ, εἰς αὐτῆς δεόμεθα. καὶ πάσαις οἱ γυναικεῖοι
λαπτεστῶν, τῇ μάζῃ τὸν ἀρθρὸν σωδέσονται πολλῷ.
hoc est. Sed neq; est à viris annulus in
articulo ferendus: hoc enim est muliebre:
sed in parvo digito, atq; adeo in extrema
eius parte est demittendus. Ita enim erit ma-
nus maximè ad operandum expedita in iis,
in quibus ea egerimus: neq; facile excidet si-
gillum, quod majore articuli ligamento cu-
stoditur. Aristophanes in Nubibus eos,
qui digitos ad ungues usque annulis one-
rant & comam nutriunt, confragosa vo-
ce appellat σφραγίδονυχαργονθήτας. Suidas
exponit τὸν ιόμασιν καὶ πελτῶν δακτυλίοις τὰς
χειρας ιότημάς, ὡς μέχρι τῶν ὄνυχων τὰ δακτυλίων
σπένδει τὰς δακτύλας. Hesychius
paulò brevius, τὰς ἔχοντας σφραγίδας εἰς δακ-
τυλοις καὶ ὄνυχας λαβεῖς καὶ ιομάντας.

Sed & in varietate annulorum qui-
dam luxus fuit. habebant enim ut æsti-
vas vestes & hibernas, L. i. D. De acq.
quotid. & æstiva: ita & annulos, quos
hieme

hieme sola; alios, quos æstate sola gestarent. Juvenalis sat. i.

Ventilet astivum digitis sudantibus aurum,

Nec sufferre queat majoris pondera dextra.

Ubi Glossæ veteres notant, hoc tam dedicatum annulorum discriminem à Crispino inventum, cui per æstatem molesta fuerint illa majoris pondera gemmæ. Verisimile autem est, ut Marquardus Freherus putat, quos æstate gestare solerent, Heliotropios fuisse & Asteritas & Mithtidacas, & Irides, quarum vis & delectatio quædam peculiaris est, cum Soli opponuntur, ut Plinius, Isidorus & Solidus scribunt. Et hoc genus annulos, quia non nisi media anni parte gestari solebant, Semestres vocat idem Juvenalis, sat. vii.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Reperio etiam qosdam annulos solo natali die gestari solitos. Ita enim plerique capiunt hunc locum Persii sat. i. ubi introducitur Recitator

*Et prepusq; togaq; recenti
natalitia tandem cum Sardonyche albus.*

Quanquam intelligi etiam potest annulus natali die à cliente dono missus, quem

in magno pretio habitum & cum cura servatum , patet ex Plauti Curculione
Scena penult. ubi cum Planesium virgo dixisset,

*Verum hunc servavi semper mecum una annulum,
Cum hoc olim perii.*

Miles paulò post inspecto annulo subjungit:

proh Iupiter?

*Hic est, quem ego tibi misi natali die, 11 IX XX
Tam facile novi, quam me.*

Porrò tanta fuit quorundam vesania , ut in annulos ferè omne patrimonium pro-funderent. Tertullianus De Habitū Mu-lier. *In sinistra per singulos digitos de sacris singulis ludit.* Atque hujus generis fuit ille annulus , quem Nonius Senator ab Antonio proscriptus secum abstulit , cuius pre-tium æquabat viginti mille festertia , id est , decies centena millia florenorum . Plinius memorat libro xxxvii. capite vi. ubi de Opalis : *Magnitudo nucem avella-nam æquat, insigni apud nos historia. Si qui-dem extat hodieq; hujus generis gemma, pro-pter quam ab Antonio proscriptus Nonius Se-nator est.* Illeg; proscriptus fugiens , hunc è fortunis suis omnibus annulum abstulit se-cum,

cum, quem certum est sestertijs viginti millibus estimatum. Sed mira Antonij feritas atq[ue] luxuria, propter gemmam presribentis: nec minor Nonii contumacia procriptionem suam amantis, cum etiam feræ abrosas partes corporis relinquant, propter quas se periclitari sciant. Quid? quod bella etiam ob annulos extitisse legimus. Disertè Plinius lib. xxxiii. capite i. Inter Cæpionem quoq[ue] & Drusum ex annulo in auctione venali, inimicitia cœpere, unde origo socialis belli & exitia rerum. Quomodo & majorum nostrorum memoria Reges Arachan & Pegu pro gemina aliqua totos viginti quatuor annos atrocissimum bellum gessisse, historici testantur.

Omnium verò luxuriam videtur superasse Ant. Heliogabalus Imp. qui calceamentum nunquam iteravit, annulos et jam negatur iterasse, teste Laupridio: imitatus fortè Neronem, qui nullam vestem bis induit, ut ait Svetonius capite xxx. Sed à luxu annulorum dehortantem nos audiamus D. Basiliū Magnum, qui spūlijs, nōc r̄s m̄st̄r̄s ita loquitur:

Τί τοσσων ἐπόνημι τῷ τὸν χρυσόν λίθος ὁ ἄρχερος
 λίθος ὁ μαργαρίτης, λίθος τῶν λιθών ἔκαστος χρυ-
 σόλιθος, καὶ Βηρύλλιον καὶ αχάτης, καὶ ὑάνεντος, καὶ
 αἱμέθυσος, καὶ ιάσπις. Ταῦτα δὴ τὰ πλάττα ταῦθι,
 ὡν σὺ τὰ μὴν δυνάθεσμη καστακρύπτων, καὶ τὰς Δι-
 φανῆς τῶν λιθών σκότῳ καθλύπτων. Τὰς δὲ, αἰδο-
 γησ τῶν βαρυπίμων, ἐναβρισμένην αὐτῶν τῇ αὐ-
 γῇ. εἰπὲ, πόσφελος τοι λίθοις λαμπεμένης πελεγέ-
 φεν τῷ χεῖρᾳ; εὖκοινος λιθιδίων πνασῶν ὡς
 γανάκης ὅταν κύωσι. Καὶ γὰρ ἐκεῖναι λιθοί Διος πε-
 τώγονοι. οὐδὲ συ λίχνως ἔχει, τῷ τῷ αὐτῇ τῶν λι-
 θῶν, σαρδώνυχος. καὶ ιάσπιδας καὶ αἷμεθύσος ὕποζη-
 τεν. Τις καλλωπιστής μίαν ἥμέραν ἥδωντι τῷ Βίοι
 περιθῆται; πίνεται ἐφείσι τοι θάνατος Διος τὸν πλά-
 τον; πίνεται ἀπέρχετο νόσος, Διος τὰ χεῖρα μαλακά. *Hic ei-*
Quid attonitus aurum miraris? Lapis est
aurum, argentum lapis, magarita lapis,
lapides sunt chrysolithus, beryllus, achates,
hyacinthus, amethystus, jaspis. *Hi sunt flores*
opum magnarum. *Hos partim, cum sint cla-*
rissimi, in tenebris abscondis: partim in digi-
tis micantibus alijsq; in ornatibus circumfers.
Dic quæso, quæ utilitas, digitos vertere lapil-
lis coruscantes, atque ostentare? *Nonne erit*
bescis, te lapillorum avidum ostendens, quem-
admodum prægnantes fæmina ob malaciam
interdum lapillos edunt? *Tu item tanquam*
ipsa-

ipsarum helluo, sardonicas, jaspidas, amethystos omni studio conquiris? Quis pulchritudini formaque fingenda studens unam vite diem sibi prorogare poterit? aut cui mors ob divitias parcit? à quo morbus ob pecuniam abstinet?

CAPUT XVIII.

*U*sus annulorum in dandis arris. Annulus pro symbolo datus. Ne symbolum quidem habere, de quo dicatur. De annulo sponsalitio, ferreusne is, an aureus fuerit? Plinius & Terentianus conciliati. Pronubus annulus. Annuli datione fidem conjugii confirmari aliquot exemplis probatur. Sed non semper: Erat enim interdum tanum amoris aureum. Amatores annulos amicarum osculabantur: imo eos per lasciviam amici detrahebant.

Progrederior ad alios annulorum usus. Nam & sponsionis causa arræque nomine datos annulos legimus. De quo annuli usu Plinius libro XXXII. capite I. Celebratior annuli usus cum fœnore cœpisse debet. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiam num annulo exsidente, tractas ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior: ut plane affirmare possumus numos antè apud nos, mox cœpisse annulos: Et ante illū Theophrastus in quodam Fragmento, citato à

Casaubono ad Athenæum , ubi disputat de forma & jure contractuum : ταῦτα δὲ τοῖς αριστῶν πόσον διδόναι, πέδησιν τῶν πυῆς μεριζούντες. ἀπεπονοῦσθαι δικαίων δῶ τῷ δέκατῳ ταλάριών. Meminerunt hujus consuetudinis & Jurisconsulti, ut in Lege xvii. D. De præscriptis verbis : *Si quis spon- sionis causa annulos acceperit, nec reddit vi- citori, præscriptis verbis actio in eum compe- tit.* Et Lege xi. §. vi. D. De Actionibus empti & venditi : *Ego illud quero, si annu- lus datus sit arrae nomine & secuta emptione pretioque numerato, & tradita re annulus non reddatur, qua actione agendum sit.* Et Lege v. §. penult. D. De Instit. Actione : *Si institutor cum oleum vendidisset, annulum arrae nomine acceperit, neque eum reddat, dominum actione institutoria teneri.*

Si qui etiam de symbolis esse vo- bant , annulum plerumque pro symbolo dabant ei , qui cœnam jubebatur parare. Terentius in Eunicho :

*Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo
In hunc diem ut de symbolis essemus. Chaream ei rei
Praefecimus: dati annuli: locus, tempus constitutum est.*

Unde apud Lucianum in Dialogis

τημενοῖς Mater objurgans filiam Musariū, quod Chæream amasium suū nimis amaret nimisq; ei fideret : Άλε Σπό, ait, πεώλω, καὶ ἔχοντα αὐτῷ κατέθηναι σύμβολον πὸν δακτύλιον δέδομας, αἱρούσοντες οὐ μῆ ; οὐδὲ δοτοδόμηνος, κατέπει. h. e. Et ob hoc paulò antè cum non haberet unde daret symbolum, annulum dedisti illi, me ignorante : ille verò eum vendens, potando absorbuit.

Etsi autem alia quoque arræ loco dabantur, tamen quia frequentissimus usus obtinebat, ut annulum pro symbolo darent, veteres Grammatici ἀλᾶς, σύμβολον exposuerunt annulum : quibus accedit Plinius libro jam dicto : *De nomine*, ait, *annuli ambigi video. Græci à digitis appellaverunt* : apud nos prisci ungulum vocabant : postea & Græci & nostri symbolum. Cum verò symbolum non daretur, nisi ab iis, qui præsente pecunia deficiebantur, ex eo natum proverbium de homine paupere ; *Ne symbolum quidem habet* : Archippus in fabula ἡγεκλῆς γάμου apud Pollucem :

Ἄνδρῶν ἀερίσας ηγή μαλισ' ἐμοὶ ξένος.

Αυτὴς πηρέ τοιγάρ, εἴχει όδε σύμβολον.

Unde clarum quid sibi velit Heraclitus
in eximia illa ad Hermodorum epistola,
cum ait: Γελάστω τὰς ἐν ξωδείνων γένομέν
Ἀριδακτύλων αἱρέσεις. Sensus est: non iſu-
rum se, verūm fleturum potius stultitiam eo-
rum, qui in re tenui cum sint, atq; etiam for-
tasse egestate, nedum paupertate, convicia
tamen assidue datis annulis celebrant, ut in-
terpretatur Isaacus Casaub. libro III.
Animadvers. in Athenæum capite XXXI.
Non hic prætereundus mos Athenien-
sium, apud quos qui judicio se provoca-
bant, annulos invicem deponebant. De-
mosthenes adversus Parænetum: Ὡδα-
λημα σὲ ταῦτα δέχομαι φέρε τὸν δάκτυλον, λαβε-
τίσδ' εὐγνήτος; hoc est. Hanc tibi conditionem
fero. Accipio. Cedo annulum. cape. quis vero
sponsor. pagina 1000CLXXXIII. editionis
Wolfianæ. Dabantur etiam Annuli in te-
stimonium & quasi pignus sponsionis de
futuris nuptiis inter sponsam factæ. Juve-
nalis sat. VI.

Conventum tamen & pactum, & sponsalia nostra
Tempestate paras, iamq; à tonsore magistro
Pectoris & digito pignus fortasse dedisti.

Et L. Si donat & D. De donationibus inter
virum & uxorem. Sponsus alienum annu-
lum

Ium sponsa muneri misit, & post nuprias pro eo suum dedit. Allusit huc D. Ambrosius de Passione Agnetis: *Discede a me, quia jam ab alio amatore preventa sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei sue subarravit me longè te nobilior & genere & dignitate, ornavit me inestimabili dextrocherio, dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretiosis.* De hoc annulo loquitur Tertullianus in *De Idololatria* capite XII. *Circa officia verò privatarum & communium solemnitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium nullum pitem periculum, observari de flatu Idololatriæ, quæ intervenit. Causæ enim considerandæ sunt, quibus præstatur officium.* *Eas mundas esse opinor per se metipsas, quia neque vestitus virilis, neque annulus aut conjunctio maritalis de alicuius Idoli honore descendit.* Atque hunc annulum idem Tertullianus *pronubum* vocat: eumque ferreum fuisse & quidem sine gemma plerique omnes, qui hujus rei meminerunt, existimant, moti autoritate Plinii, qui libro XXXII. capiie I. *Hi quoque ait, qui ob legationem acceperunt aureos, in publico tantum*

tantum utebantur eis, intra domos vero ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsæ annulus ferreus mittitur, isque sine gemma. Ceterum Tertullianus scriptor gravissimus & antiquitatum Romanarum scientissimus, qui vix centum annis Plinio posterior, non obscurè innuit, ex auro fuisse illum annulum, qui sponsæ a sponso in pignus conjugii dabatur. Ita enim in Apologet: c. vi. Circa faminas etiam illa majorum instituta ceciderunt, qua modestia & societati patrocinabantur; cum aurū nulla norat præter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. Quid vero in tam manifestâ pugnâ statuemus? Mihi certe hic aqua hæret. Ne tamen tantæ autoritatis scriptores inter se pugnare, aut alterum horum memoria lapsum temerè dicamus, non contemnenda videtur conjectura doctissimi Junij, qui Notis ad Tertullianum existimat, Sponsum quidem, cum sponsam sibi arrha quadam conjugare vellet, aureum illi annulum dedisse; atque hunc fuisse pronubum illum annulum, cuius arrhabone obligantur oppigneranturque maritus & uxor: Sed postea

stea etiam ferreum gemmaque carentem, tanquam *tñs oīnxeias* symbolum, dominum illi missum esse, idque eo argumento, quod i) etiam, qui ob legationem acceperunt aureos annulos, in publico tantum uterentur iis, intra domos vero ferreis: atque ita *ποίκιλον* sponsæ fuisse commendatum symbolo.

A Neque tamen dixerim, fœminas ferreo hoc annulo domi, aureo autem in publico tantum fuisse usas. Nam & domi illas gestasse annulos aureos appareat ex Clemente Alexandrino, qui libro III. *Pædagog.* fœminis Christianis disertè hunc annulum tribuit: Διδωσιν γν (ο Παιδαγωγὸς) αὐτῆς δακτύλιον ἐν χρυσίς, γδὲ ἔτεν εἰς πόσμον, αλλ' εἰς τὸ δωσημάνεοδη τὸ διηγεῖ φυλακῆς αξιον, Αλλὰ τὴν Ἐπιμέλειαν τῆς οἰκκείας. Dat ergo eis annulum aureum, non quidem ad ornatum, sed ad signandum ea, quæ domi custodienda sunt, propter curam domesticam, quæ illis incumbit. Et D. Hieronymus ad Principiam Virginem, cum de fœminis, quæ se auro ornant, dixisset, Nostra vidua, ait, talibus usæ est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret, aurum usque ad annuli signa.

*signaculum repudians, & magis in ventribus
egenorum, quam in marsupijs recondens.*

Utrum autem datio vel missio annuli sit desponsationis argumentum, Juris-
consulti disputant, quorum scrinia com-
pilare non est nobis propositum; exem-
pla tantum quædam afferemus Princi-
pum virorum, qui conjugii fidem annulo
dato confirmatam sancte servarunt. Ac
primò occurrit nobis Justinianus Impe-
rator, qui Antoniæ Amazonis captivæ
concubitu fruitus, dato annulo spopon-
dit, se illam in matrimonium ducturum,
si unquam ad imperium perveniret: quod
etiam fecit. Historia, sive fabula est, lectu
jucunda extat apud Aimoinum libro i. i.
de gestis Francorum capite v. his verbis:
*Quadam die Justinianus & Belisarius cum
coæquævis sibi lupanar ingressi, conspiciunt
duas mulierculas ex gente AmaZonum, sorte
captivitatis abductas, inibi esse prostytutas.
Eas illi rapiunt atque ad proprias domos de-
ducunt: una earum Antonia, alia vocabatur
Antonina. Et Antoniam quidem Iustinianus,
Antoninam vero accepit Belisarius: erantq;
ambæ sorores. Una ergo dierum, Iustiniano
meri-*

meridianis horis sub die quiescente , cum caput in sinum suæ reclinasset amatæ, adveniens aquila , alis expansis ab ardore solis eum conabantur defendere . Intellexit mulier auspicium , quod Iustiniano portendebat imperium , & ex perrectum tali voce compellat virum : Oro , inquit , amantissime juvenis , ut dum regni potitus fueris sceptris , non me indignam judices gratissimæ amplexibus conjugis . Illo dicente impossibile hoc esse , ut ipse ad culmen proveheretur imperiale , rogat mulier , ut quod illa pro certo sciebat , ne se inexoratum ei præberet . Quo tribuente assensum , factaque commutatione annulorum , utrinque est discessum . Sane Belisarius eique copulata Antonina eadem inierunt connubii fœdera , ut quia non dubitabat Belisarius adeptorum se potioris honoris gradum , si imperio portiretur Iustinianus , sociam sui eam ad scisceret stratus . Et aliquantò post , cum narrasset , quomodo Iustinianus imperium adeptus esset , subjungit . Iustinianus quoque Augustus cum magno triumpho Constantinopolim est regressus . Tunc Antonia ejus quondam amata , sui quondam obliterata sum-

ptis

ptis quinque aureis palatum est ingressa: E quibus duos dedit janitoribus, ut sibi pateret introitus, tres verò tenentibns cortinam, ut suam permitteretur enarrare causam: & stans ante principem, hunc apud eum habuit sermonem: Cum scriptura dicat, Honor Regis judicium diligit: & item; Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum introitum suo, Ego clementissime Imperator, hæc dicta esse de te intelligens, fiduciam sumsi te adeundi tibique propriæ necessitatris causam expoundi. Est denique in hac civitate juvenis, qui mecum permutatis annulis fidem pepigit alterni amoris, professus, quod me sibi jungenret sub nomine legitimæ conjugis. Ob id serenitatis tua præsentiam adiui, tui super hac re exposcens sententiam judicii. Cui Imperator, si, inquit, fides est pacta, non debet fieri irrita. Quo illa auditio, annulum suo detrahens digito ostendit Augusto: Videat, ait, Dominus meus cuius iste fuerit annulus. Agnoscit Princeps eum, quem dederat, annulum: jubet eam introduci in cubiculum, ornamentiisque regalibus indutam, de cetero vocari & esse Augustam. Sic Otho I. Impera-

perator ab Adelaide Lotharii IV. Italiæ Regis vidua consilio Athonis in Italiam contra Berengarium, à quo Canusi obfesa erat, vocatus, annulum ipsi & literas misit, quibus se & conditionem de promisso conjugio accipere, & mox cum exercitu ad futurum significavit, quem admodum narrat Leo Marsicanus in Chronico Casinensi libro I. capite ult. cujus verba hic adscribam: *Lothario defuncto uxor ejus Adelais ad Athonem propinquum suum sese in Canusam arcem munitionissimam contulit. Interea Berengarius predictus cum filio Alberto, strenuo valde viro, denuo regnum invadere gestiens, atque ideo reginam ipsam omnimodis capere cupiens, arcem predictam fermè triennio obsedit.* Atho interim habito cum Regina consilio nuncium ad Ottonem Saxonie Dueem Vngarorum tunc victoria inclytum mittit: qui ei, quæ circa se gerantur, omnia referat: oretque ut Italiam continuo petere, eosque de Berengarij obsidione liberare, Reginamque ipsam conjugem simul cum regno maturaret accipere. Predicta arx jam ferè ad deditio nem hostium cogebatur, cùm ecce, disponente

M

Dte

Deo, missus à Regina nuncius redit, & quia
ob diligentissimam obsidianem nullus sibi in
arcem patebat ingressus, literas & annulum,
quem à Duce suscepereat, sagitta callide fatis
inseruit, & correpto arcu, nemine id suspi-
cante illam in arcem misit. Tenor autem lite-
rarum hic erat. : *Ducem cum exercitu Jane*
superatis Alpibus Veronam venisse, filiumque
Litulphum se Mediolanum processisse; proxi-
mè illis affuturos auxilio; viriliter agerent,
se de conjugio & regno voluntati illorum pa-
riturum. Igitur Duce è vestigio adveniente,
Berengario & Alberto fugatis, soluta obsidio
est, duabus Berengarij filiabus captis, atque
in Teutonium terram exilio missis. Mox
Adelaidis conjugium Otto sortitus: Teute-
nibus ex eo tempore in Italia regnandi ini-
tium fuit. Vide Carolum Sigonium libro
vi. de Regno Italiæ in actis anni nongen-
tesimi quinquagesimi primi. Ad eundem
modum majorum nostrorum ævo Maria
Caroli Burgundi filia Maxæmilio Au-
striaco arræ loco misit annulum, cui ada-
mas inclusus erat, & literas, quibus illa
promittebat, se nuptiis illis, ut a parente
suo constitutum erat, assentiri. Quas lite-
ras

ras cum Oratores Cæfarei unà cum adamante protulisseut , Maria statim nulla interposita mora respondit , & scriptas à se literas , & missum adamantem jussu patris , & placere sibi , quod tum promisisset , teste Comineo libro viii. Commentar . Sed priusquam ab annulis sponsalitiis discedo , non possum quin h̄ic historiam marrem de novo quodam marito , quem annulo hujusmodi malè asservato fascinatum fuisse , scribit Wilhelmus Malmesburiensis libro ii. de gestis Regum Anglorum capite xiii. pagina lxxxvi. Verba ejus hæc sunt. *Verum ut Romam revertar , eisdem urbis civis ephebus etate , locuples opibus , genere Senatorio sublimis , uxorem nō viter duxerat , sodalibus suis accitis , convivium frequens paraverat . Post cibum cum minutiорibus poculis hilaritatem invitassent , in campum prodeunt , ut oneratos dapibus stomachos vel saltu , vel jactu , vel aliquo exercitio attenuarent . Ipse rex convivii , ludi signifer , pilam poposcit , interim annulum sponsalitium digito extento statuæ æreæ , quæ proximè abstabant , composuit . Sed cum penè omnes solum impeterent , suspiciosus extis*

incalescentibus, primus se à lusu removit
annulum repetens invenit statuæ digitum
usque ad volam curvatum. Diu ibi luctans,
quod nec annulum eijcere, nec digitum vola-
ret frangere, tacite discessit, re sodalibus celata,
ne vel præsentem riderent, vel absentes
annulo privarent. Ita nocte intempesta, cum
famulis rediens, digitum iterum extinxerit.
Et annulum subreptum miratus est. Dissim-
mulato damno nova nuptiæ blanditiis delini-
tus est. Cumque hora cubandi venisset, seque-
juxta uxorem collocasset, sensit quiddam ne-
bulosum & densum inter se & illam volutari,
quod posset sentiri, nec posset videri. Hoc ob-
staculo ab amplexu prohibitus, vocem etiam
audivit: Mecum concumbe: quia hodie me
desponsasti. Ego sum Venus, cuius digito app-
posuisti annulum, habeo illum, nec reddam.
Territus ille tanto prodigio, nihil referre su-
sus est, nec potuit: insomnem illam noctem
duxit, tacito judicio rem examinans. Elat
psum est in hoc multum tempus, ut quacunq;
ille hora gremio vellet conjugis incumbere,
illud idem sentiret & audiret: alias sanè va-
lens, & domi aptus & militia. Tandem
querelis uxoris commonitus, rem parentibus
detin-

deutibus. Illi habito consilio, Palumbo cuidam
suburbano presbytero negotium pandunt.
Erat is Necromanticis artibus instructus,
magicas excitare figurās, dæmonas territare,
et ad quodlibet officium impellere. Pactus
ergo grande mercimonium, ut, si amantes
conjugeret, multo ære fulciret marsupium,
in omne se ingenium novis artibus excita-
vit, compositamque epistolam juveni dedit:
Vade, inquiens, illa hora noctis in compi-
tum, ubi se findit in quadrivium, et stans
tacite considera; transient ibi figuræ homi-
num utriusque sexus, omnis etatis, omnis gra-
dus, omnis postremo conditionis, quidam equi-
ter, quidam pedites, alii vultum in terram
dejecti, alii tumido supercilio elati, et prorsus
quicquid ad latitiam vel tristitiam pertinet,
in eorum videbis et vultibus et gestibus: nullū
eorum compellabis, et si loquantur tecum: se-
quetur illam turbam quidam reliquis statuta
procerior, forma corpulentior, curru sedens:
hunc tacitus epistolam trades legendam; fiet
è vestigio quod voles. Fac tantum præsentē
animo sis. Aggreditur ille iter præceptum,
et nocte sub divo astans, fidem dictorum pres-
ervabit, utq[ue] natus, utinam byteri

byteri visu explorat. Nihil enim fuit quod minus promissis desideraret. Inter ceteros quoque transeuntes vidit mulierem ornatum meretricio mulam inequitantem: crinis solitus humeris involutabat, quem vitta aurea superne constringerat: in manibus aurea virga, qua equitaturam regebat, ipsa pretenuitate vestium pene nuda, gestus impudicos exequebatur. Quia plura? ultimus, qui dominus videbatur, oculos terribiles in fervorem exacuens, ab axe superbo smaragdis et unionibus composito causas adventus exquirit. Nihil ille contra, sed protenta manu porrigit epistolam. Daemon notum sigillum non ausus contemnere, legit scriptum, moxque brachis in cœlum elatis: Deus, inquit, omnipotens, in cuius conspectu omne peccatum est factum, quandiu patieris nequicias Palumbi presbyteri? Nec mora, satellites à latere suo misit Diabolus, qui annulum extorquerent à Venere. illa multum tergiversata, vix tandem reddidit. Ita juvenis voti compos, sine obstaculis potitus est diu suspiratis amoribus. Sed Palumbus, ubi Daemonis ad Deum de se clamorem audivit, finem dierum sibi profignari

gnari intellexit. Quocirca omnibus membris ultra truncatis, miserabilis defunctus est pænitentia, confessus Papæ coram populo Romano inaudita flagitia. Acciderunt hæc temporibus Gregorii vi. Papæ.

Neque tamen annulus ab amantibus dono datus semper erat conjugii symbolum: sed interdum amoris tantum auxarium. Talis enim fuit ille, quem Palestrio Militi detulit apud Plautum in Milite Act. iv. Sce. i. vers. ii.

P A L. Hunc arrhabonem amoris primum à me accipit
P Y R G. Quid hic? unde est? P A L. à luculenta atq;
festiva fæmina
Quare amat, iuamq; expetisset pulchram pulchritu-
dinem:

Eius nunc mihi annulum ad te ancilla, perro ut defer-
rem, dedit

Nec alio fine Pamphilus annulum Philu-
mæ per vim detractum Bacchidi me-
triculæ donavit, apud Terentium in
Hecyra Act. v. Sce. iii. Quomodo & Ovi-
dius amicæ suæ annulum dono misit libre
in Amor. Eleg. xv. Et quando de amanti-
bus mentio incidit, alium quoq; illorum
morem circa annulos indicabo. Solebant
enim illi annulos, quos amicæ digitis

gestabant, inspicere & osculari. Ennia-
num illud apud Isidorum libro i. Origi-
num capite xxvi. ita capio, sive Nævii est
in Tarentilla, cui Festus id videtur tri-
buere. Versus hi sunt:

Alium tenet, alij nutat, alibi manus

Est occupata: alij perpellit pedem:

Alij annulum dat spectandum a labris.

Apud Plautum quoque in Asinaria, inter
cereras leges amicæ præscriptas, & hæc
conditio ab amasio refertur in syngra-
phum:

Spectandum ne cui annulum datur, neq; roget, nō oup
Innuit id ipsum & Tibullus libro i. Eleg. vii.

Sape velut gemmas ejus signumq; probarem,

Per causam memini me retigisse manum

Quid? quod improbi amatores annulos
& armillas per lasciviam amicis plane
detrahebant. Terentius Hecyra Act. iv.
Sce. i. de Phamphilo:

Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virginis abiens
annulum.

Et act. v. Sce. iii.

Homo se fatetur, vi in via, nescio quam compressis,

Dicitq; sese illi annulum, dum luctat, detraхisse juri

Pacuvius apud Festum:

Repugnanti ego porrè huic vi detraхi unguis,

Horat: libro i, od. ix.

Pignus

Pignusq; direptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

CAPUT XIX.

De Venera Sponsaliorum maris ratione: Que
ejus origo.

Annullus sponsalitius, cuius in præce-
denti capite facta mentio est, au-
tem mihi yellit, & admonet, ne hic
prægeream Venetorum consuetudinem,
quorum Dux die Ascensionis Dominicæ,
quo nundinæ Venetiis celebrantur, Tha-
lamego inaurata, & sculpturis picturis-
que insignibus exornata, quam Bucen-
taurum vocant (in Synodo Florentina
dicitur) vectus cum magna
pompa splendidoq; procerum comitatu,
ex urbe ad Adriatici maris præcipuum
portum (al Lio appellant) quotannis pro-
ficiuntur: ubi certis cum ceremoniis
Thetidi Adriaticæ sponsaliorum arrham,
annulo aureo mari injecto, solvit. Origo
hujus ritus hæc esse perhibetur. Ajunt
Alexandrum III. Pontificem cum a Fride-
rico I. Imperatore e fastigio Pontificiæ
dignitatis dejectus atque proscriptus, nul-

M s lum

Ium sibi tota Italia locum tutum esse reliq;
Etum cerneret, ignoto habitu Venetias
profugisse, & in monasterio Publicæ
Charitatis dissimulata, quam gemitbat,
persona ad sordidum culinæ ministéri-
um, ut occultius lateteret, se ultra glorior-
sisse: quem aliquantò post, nescio cuius
indicio cognitum Dux Zianus non solùm
benignè excepit, sed & pacis cum Frideri-
co jungendæ & recuperandæ dignitatis
spem ipsi fecit. Missi igitur ad Imperatorem
rem legati, qui pro Pontifice intercedé-
rent: verum is ad mentionem pacis cum
Papa ineundæ adeo excanduit, ut bellum
illis denunciaret, nisi hostem & fugiti-
vum hominem primo quoque tempore
ad se sub custodia vincitum miserint. Sed
cum Veneti obtemperare recusarent,
Imperator filium Othonem suum cum
quinque & septuaginta longis navibus ad
invadendam illorum civitatem, perfe-
quendumque Pontificem mittit: cui ob-
viam factus Zianus Dux, in classem Im-
peratoriam impetum fecit, eaque post
aliquot horarum prælium partim capta,

pilum fusa fugataque, ipsum Orthinem
eum multis illustribus viris cepit, & Ve-
netiis secum adduxit. Hoc felici successu
latas Pontifex Ziano è pugna reduci pri-
mo victoriam gratulatus, inde annulum
porrigens aureum: Accipe, inquit, Ziane
& me autore ipsum mare hoc tibi pigno-
neum reddito; quod tu tuique
subcessores quotannis statu die servabi-
tis: ut omnis posteritas intelligat, maris
possessionem iure belli vestram esse quan-
doque factam: atque uti uxorem viro, ita
illud vestro subjacere imperio: ut usur-
pem verba Sabellici, qui historiam hanc
libro v l. decadis primæ memoriarum pro-
didit. Sed cum Anno c i o i c i i . ipse-
met hanc solemnitatem una cum nobis
dissimili & amplissimo D. Francisco Wit-
zendorfio Reip. Luneburgensis Senato-
re optimo oculis meis viderim, tempera-
re mihi non possum, quin ejus uberiori
remu descriptionem afferam ex libro i l.
Venetiarum Germani Audeberti, qui his
fillam versibus expressit:

Vene-

Venerat ille dies, quo Christus ab uterba
summo

Virginis intactae castam demissus in alcova
Ut morte insonti fusoq; cruore piaret
Humanas maculas, labemq; aboleret avitam
Mortalis vita post non mortalia facta (ptus,
Deformi, immerita, & crudeli morte perem-
Morte triumphata, domito divinitus Orco,
Mirando adscensu patrum repetivit olym-
pum.

Ilo manè die, roseis ubi lutea bigis
Tithoni conjux rutilantia protulit ora
Phæbusq; Oceano currus eduxit Eo,
Haud mora, conveniunt proceres ad Princi-
pis aulam,
Quem primùm solito patrum de more salu-
Mox pompe accingunt, magna comitante ca-
tet vas.

Ante Sacerdotum graditur longissimus ordo
Divinas sacris mulcentum vocibus auras
Arguta auditur citharae consentus, & oris,
Mox acris lituum sonitus, clangorq; tubarum
Vexilla ante Ducem discreta colore se-
runtur.

Alba notant pacem: bellum saturata cruento
Pur-

Purpureo: nitidum violæ mentita colore,
Caruleive sali, pacis sunt signa sequestræ.
Album insigne praedit, si pax: quod tingitur
ostro, ^(gens)
Sufera bella tremunt: Conchyli murice ful-
Et Keneta sanie, ad tempus quando armas
quiescunt.
Utq; sibi præeunt, variantia tempora signant.
Præterea videtas Ducibus data munera quon-
dam

Pontifice à summo, sellam, pulvinar & ensem
Umbellamq; auro rutilantia singula puro.
Tum demum simili circumradiante metallo
Ornatus trabea, & prolixo syrmate Princeps
Carbaseoq; sacram cinctus velamine frontem,
Purpura quod fulvo decorat circūdata limbo
Aversa cornu referens in parte recurvum,
Regum oratores inter, gravitate serena ^{(tur,}
Incedit medius, proceres quem ponè sequun-
In caniq; Patres, urbis decora alta superba,
Ceteraq; Augusti series delecta Senatus.
Proxima magnifica ducunt ad littora pompa
Induti infectas iterato murice uestes. ^{(ptas,}
Hi molli Aethiopum in silvis è vellere car-
Depexas alij Scytlicarum ex arbore Serum,
Quos Arabum dicas bombycum tenuja filæ,

Arte

Arte laborata & varijs distincta figuris
Ars mira & veteri non unquam incognita
seculo,

Vt nec tam tenues deducat aranea telasq;

*Vt litus tetigere maris, portumq; petitum,
Ilicet Hadriacam concidunt pretius Argo
Urbis opus, (Grajo de nomine Bucetauum)
Dux & Patricii, Regumq; Ducumq; poten-
tum*

Legati illustres, pars non ingloria cætus.

*Nec mora, considunt transfris quino ordi-
ne nautæ,*

*Proniq; adductis findunt vada salsa lacertis,
Remorum aquato libramine & aquora ver-
runt*

*Certatim: verso canescunt marmore fluctus,
Et diducta crepant stridenti cœrulea rostra.
Tum procul ex oculis ablata recedere tellus,
Summaque celarum rarescere tecta domorum
Nec non aëria sensim se abscondere turre.*

*Centauro invehitur magna Dux ipse, Se-
natusq;*

*(Hinc atq; hinc illam gemina stipante trixemi
Ad subitos motus armisq; virisq; referta.)
Agmine remorum: donec rumore secundo
Auspiciisq; Deis tandem delatus in altum
est.*

Con-

Conficit pinus, pressas ubi sensit habendas:
Dente velut fixo firmam tenet anchora na-
vem.

Implorant Superos, ut sint felicia vincla
Conjugii stabilis Neptuni numine amico.
Finitis precibus cunctisq; faventibus ore,
Stans celsa in puppi Princeps gravitate ve-
nienti upprendus

Summis splendentem digitis similemq; cadentis
Otentans auro conclusam divite gemmam,
Hac ait: IN SIGNUM IMPERII VERI

ATQUE PERENNIS

(Nam memini atq; animo solemnia verba no-
tavi)

HAC GEMMA AETERNUM MIHI
TE DESPONDEO DORI.

Quae rata Rex pelagi nutu connubia firmat,
Hincque sibi generum Thetis emit omnibus
undis. (maras

Principis è manibus cum dicto emissus a-
Annulus intrat aquas: nautarum turbana-
tandi

Considat in sequitur, scrutatoresq; profundi
Prælia pro jacto miscent sub fluctibus auro.
Sic ubi venator depensi viscera cervi

Quem

Quem clamore premens, canibusq; ad retia
pulsum (tam,
Stravit humi multo fundentem sanguine vi-
Euge, Euge ingeminans, canibus partitur an-
helis:

Illi inter se certantes raptæ revellunt (to,
Mordicus & rostro discerpunt frusta cruen-
Obnixè ardentes, villisq; horrentibus urgent.
Vrinatorum certamine pulsa resultant
Littora: juncta premit cymbam sibi cymba,
propinquam

Et sub contiguis latet aquoris unda phaselis.
Antiqui ritus (neq; enim levis hujus origo
est)

Pluribus ignotam si vis cognoscere causam,
Expediam paucis, ne res ludicra putetur.
Præsul Alexander Romanae tertius urbis
Ænobarbi armis solio depulsus ab alto,
Quo fugeret dubius, cui se committeret ora,
Præ reliquis Venetum prudens elegit asylum,
Illinc certa salus profugo & victoria fusis
Hostibus à magno navali Marte Ciano. (les,
Quoduce captus Otho Federici Martia pro-
Captivas gemuit, mergi q; trahi q; triremes
Quadraginta octo, disiectamq; a quore clas-
sem,

Et

Et se magnifico duci potuisse triumpho.
 Excepere Ducem festis aplausibus omnes,
 Et reducem amplexi, versis ad sidera palmis,
 Supremo grates meritas egere Tonanti,
 Qui scelerum vindex insanos fregerit ausus.

Tum pius Antistes, grato spectabilis ore,
 Inclite Dux, inquit, si quod nomenq; decusq;
 In terris gerimus, nobis auctoribus isto
 Pignore (de solido pignus fuit annulus auro)
 Desponsa caram superi maris Amphitriten,
 Annuaq; instaurent venturi pacta nepotes.
 His pelagi imperium sponsalibus accipe dex-
 tro

Sidere, sitq; tue virtuti reddita merces.
 Dixit: & obtestans Divos rata vota prece-
 tur.

Fædere percusso, celebratis ritè Hymenais,
 Ilicet obversi, tendunt ad litoris oram
 Divi Nicoleos insignem nomine & ade
 Antiqua saxo longam testante senectam.
 Hic Venetus vitta crines circumdatus alba
 Publica vota facit summo Patriarcha pa-
 renti. (ctis,

Mox fusis precibus sacrisq; ex more per-
 Ingentem repetunt Centaurum Duxq; Pa-
 tresq;

Lectorumq; cohors comitum: freta cerula tor-
quent.

Protinus adnixi magno conamine nautæ,
In lento validos curvantes & quore remos:
Hinc rauco fremitu præfracta remuratur
unda,

Dum sibi respondent parili moderamine tonæ
Vndæ vagis abies celeri pede labitur undis.
Non tam præcipiti per plana, per ardua cursu
Corripuere viam repetita in verbera proni,
Dulcis Olympiacæ tetigit quos gloria palma;
Nec sic rasit iter rapidus Schæneja plantis,
Alite nec cursu victor Megarejus heros.
Incipiunt humiles sensim se attollere turres,
Vrbs aperire sinuæ, propiusque accedere mo-
les.

Tum portu accepti repetunt regalia te-
cta,

Tecta renidenti splendentia marmore &
auro,

Ignibus æthereis rutila certantia luce.
Interiora domus varijs animata figuris
Herōum expressos video ostendere vultus.
Verūm hīc subsistimus: ne in exscriben-
do modum excedamus. Faciunt autem
hujus solemnitatis mentionem præter

cos,

cos, quos jam laudavi, etiam Stephanus Forcatulus libro iii. de Gallor. Imperio & Philosophia. Salmuthus in Guidonis Pancirolli librum Rerum jam olim deperditarum capite de Armamentariis. Contarenus libro ii. de Repub. Venetorum. Martinus Crusius lib. v. Germanogræciæ. capite ii. Notis ad Gratulationem xiiii. Kornemanus in iii. parte Templi Naturæ historici Consideratione xvii. qui omnes uno fere ore testantur, Venetos ad denotandum maris Adriatici dominium, quod sibi arrogant, hanc consuetudinem usurpare. Utrum verò Pontifex Romanus illis hoc dominium donaverit, aliis disputandum relinquo. Mihi verò hoc loco in mentem venit argutum & mordax responsum Hieronymi Donati Legati Veneti, qui per jocum ab Alexandro Borgia Pontifice ejus nominis vi. interrogatus, unde hoc maris imperium accipissent, respondisse fertur: Ostendat mihi Vesta Sanctitas instrumentum patrimonii S. Petri, & à tergo scriptam inventiet concessionem factam Venetis maris Adriatici: ut refert Sebastianus Monti-

N 2 culus

culus in tractatu de patria potestate pag.
LIV. Non dissimile est, quod Amplissimus
& CL. Dn. Philippus Camerarius narrat,
se a fide dignis audivisse, Venetos ante
aliquot annos à Pontifice Romano, post-
quam ille Anconam in suam potestatem
redegerat, interpellatos fuisse, quo jure
vectigalia, & alias jurisdictiones in mari
Adriatico sibi solis vendicarent, cum ta-
men nulla privilegia hac de re monstra-
re, neque jus suum docere legitimè pos-
sent. Ad hanc rem eos & quidem argutè
respondisse; Se mirari quod ista privile-
gia peterentur demonstrari, quæ Ponti-
fices ipsi penes se jam pridem & quidem
archetypa, tanquam rem sacram, dili-
gentissimè in suis archivis custodirent,
eaque facile reperiri posse, si Donationis
Constantini membranæ pars exterior, in
qua ea majusculis literis conscripta es-
sent, accuratiùs inspiceretur. libro

I. Meditat. historicar.

capite LXI.

CAPUT XX.

*De usu Annulorum in Episcoporum investitura.
Eius origo à Carolo Magno. Bella super hac re inter Imperatores & Pontifices gesta. Ipsum Pontificem quoque à Friderico Barbarossa per annulum investitum. Annulum etiam in Impp. inauguratione adhibitum. Feuda per annum confirmata.*

Verùm age , dicamus etiam de usu annulorum in Episcoporum investituris : Cujus moris ante Caroli M. tempora nullum reperio apud scriptores vestigium. Postquam verò is ab Adriano Pontifice Rom : contra Longobardos Italiam infestantes ac ferrum urbi servitatemque minitantes in auxilium vocatus , Desiderium ultimum ipsorum Regem , cum uxore & liberis Italia expulit , ac eorum , quæ bello ceperat , maximam partem Ecclesiæ Romanæ , cui erepta erant , restituit , in universali Synodo , Romæ à centum & quinquaginta tribus Episopis & Abbatibus habita , decretum fuit , ut Carolus Magnus jus & potestatem eligendi Romanum Pontificem , ordinandi que sedem Apostolicam haberet , & in-

super Archiepiscopi Episcopique per singulas provincias ab eo investituram acciperent : ut præter Canonem *Adrianus Distinct.* lxxiiii. testatur Sigebertus in actis anni 1333. Walthramus Naumburgensis Episcopus in libro de Episcoporum investitura. Martinus Polonus in Chronicis. Matsilius Patavinus de Translatione Imperii capite viii. Sigonius libro iv. de Regno Italæ. Hoc ius postea fuit Othoni. i. Imp. à Leone viii. Pontifice confirmatum , cuius Bulla super hac re extat C. In Synodo Distinct. lxviii. quam non pigrabor hic adscribere : Ea verò sic habet : *Ad exemplum B. Hadriani Apostolicae sedis antistitis , qui domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum & Longobardorum Patriciatus dignitatem ac ordinationem Apostolicae sedis & investituram Episcoporum concessit ; Ego quoque Leo Episcopus, servus servorum DEI, cum toto clero ac Romano populo constituimus, & confirmamus & corroboramus & per nostram Apostolicam autoritatem concedimus atque largimur Domino Otoni primo Regi Teutonicorum ejusque successoribus hujus regni Italiae*

Italia in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summa sedis Apostolicae Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram acceperiant & consecrationem, unde debent: exceptis his, quos Imperator Pontificibus & Archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cuiusque dignitatis vel religiositatis eligendi vel Patricium vel pontificem summa sedis Apostolica, aut quemcunque Episcopum ordinandi habeat, facultatem, absque consensu ipsius Imperatoris (quod tamen fiat absque omni pecunia) & ut ipse sit Patricius & Rex. Quod si a clero & populo quis eligatur Episcopus, nisi a supradicto Rege laudetur & investiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam & Apostolicam autoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subjacere decernimus: & nisi resipuerit, irrevocabili exitio puniri vel ultimis suppliciis affici. Videatur & Walthramus Naumburgensis Episcopus De Investitura Episcop. Marsilius Patavinus De Translatione Imperii cap. x. & in Defensore pacis part. ii. cap. xxviii. Theodoricus à Niem. lib. i. Sagonius libro vii. de Regno Italiz.

Inter alia autem Investituræ hujus sacerdotalis solemnia etiam Annulum fuisse usurpatum reperio, quem unà cum bâculo Imperator aut Rex tanquam certum symbolum mittere solebat illi, cui beneficium aliquod volebat conferre. Guignus libro iv. in vita Caroli Magni, cuius erga Pontificem merita cum recensuisset, mox subjungit: *Quibus beneficiis ut Pontifex gratiæ aliquid rependeret, Carolum multis ornavit privilegiis: Quorum illud maximum fuit, donare Ecclesiæ idoneis Sacerdotibus posse: id à Sacerdotibus Investitura vulgo appellatur: qua sine Ecclesiæ, vel, ut nunc loquimur, beneficium nemo possidebat.* Recipiebat enim à Rege, qui beneficium adepturus esset, annulum vel simile quippiam, argumentum scilicet Regiæ in eum gratitudinis. Interest enim regum nosse, qui majores maximè Ecclesiæ administrant, quarum ipsi tutores sint. Et ante ipsum Willielmus Malmesburiensis de Rebus gestis Anglorum libro ii. in oratione Gregorii vi. Pontificis Maximi: *Laudatus est olim prædicandæ memoriae prædecessor noster Adrianus primus, quod inven-*
stitu-

stitutas Ecclesiarum Carolo Magno concesserit, ita ut nullus electus consecretur ab Episcopo, nisi prius à rege insigniretur & annulo & baculo.

Cur autem per Annulum & Baculum, Episcopatus & Abbatiae tradantur, ejus rei non unam causam reperio à scriptoribus assignari. Canon. ix. Concilii Aquitanensis Tomo iii. Conciliorum: Sacerdoti, dum consecratur, datur Baculus, ut ejus iudicio subditam plebem vel regat vel corrigit, vel infirmitates infirmorum sustineat: Datur & Annulus propter signum Pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. Nam multa sunt, quæ ab oculis carnalium minusque intelligentium occultantes sacerdotes quasi sub signaculo condunt, ne indignis quibusque sacramenta Dei aperiantur. Sed aliam & meo quidem animo elegantiore affert CL. Dn. Rittershusius noster in Partitionibus Feudalibus capite viii. Episcopatus antiquo jure Gallico per annulum & virgam tradebantur: Eoque baculo sive pedo pastorali officij sui admonentur Episcopi, quod gregem Dominicum pascere debeant: sicut annulo admonentur, quod despontata sit ipsis

Ecclesia, cui fidem curam impendere debent. Quare etiam, si quando usuveniebat, ut propter delictum aliquod è gradu dejicerentur, tunc Annulum hunc, quo erant investiti, deponere cogebantur. Petrus Diaconus libro i v. Chron. Casicensis capite cxxii. ubi agit de depositione Abbatis Rainaldi: Sic illorum iussu, astantibus omnibus, virgam & annulum & regulam supra corpus sanctissimi Benedicti depositum. Et si dejectus à gradu innocens reperiebatur, cundem annulum ab Episcopo coram altari recipiebat. Concilium Toletanum. iv. capite xxvii. Tomo secundo Conciliorum: Episcopus, Presbyter aut Diaconus si à gradu suo injustè dejectus in secunda Synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcoporum: si Episcopus est, ovarium, annulum & baculum. Hujusmodi fuerunt procul dubio xvi illi annuli pontificales boni & magni, de Robino unus & impositis aliis gemmis minutis, de smaragdo unus, de sapphiro unus, de Topazio unus, quos inter Camilia Ecclesiæ Moguntiacæ recenset Conradus Epi-

Episcopus in Veteri Chronico Rerum
Moguntiacarum ; quod extat Tomo Hi-
storicorum Germanorum à Justo Reu-
bero editorum, pagina CCCCL. & seqq.

Verum hīc præterire non possum, su-
per Investitura Episcoporum gravissima
inter Imperatores & Pontifices Rom.
non modo dissidia , sed & bella exorta es-
se ; dum illi quidem vetusta jam consve-
tudine , (ut Paulus Æmilius loquitur lib.
v. in vita Philippi. i.) scipionem sacrum
annulumque pastoralem Episcopis cete-
risque patribus dabant , eamque sacra-
rum dignitatum vestituram , juraque re-
gia appellabant ; hi verò omni studio &
contentione impedire conabantur , ne
Episcopi de seculari manu investituram
acciperent , nefas esse rati , Imperatores,
qua ensem dextra stringant bellaque ge-
rant , eadem annulum sacrum & contre-
care & arbitratu suo induere Pontificum
Patrumque digito ac manibus , quæ sacro-
sanctum Christi corpus tangant . Tan-
dem verò post longam concertationem
Henricus v. Imp. à Paschali ii. Pontifice
decretum obtinuit , quo sibi jus investi-
endi

endi Episcopos per Annulum & Baculum
de novo afferuit. De qua re scriptor An-
glicanus Matthæus Paris Monachus Al-
banensis historia Anglor. in Willielmo
Primo, Anno ccccxii. his verbis: *Facta est
contentio Romæ inter Papam Paschalem &
Henricum Imperatorem hac de causa: Impe-
rator uti voluit privilegio antecessorum, ha-
bito annis trecentis sub Romanis Pontificibus
sexaginta, qui licet dederant Episcopatus &
Abbatias per Annulum & Baculum pasto-
ralem. Econtra censebant Romani Pontifices
nec posse nec debere dari per virgam vel An-
nulum Episcopatum, vel aliquam institutio-
nem Ecclesiasticam à manu recipere Laicali.*
*Facta est pax inter Imperatorem Henricum
& Papam Puschalem, ita ut Episcopi dein-
ceps & Abbes institutionem accipient ab
Imperatore & suis successoribus per virgam
& annulum, & prius faciant Episcopo, ad
quem pertinent, Canonicam obedientiam
& consecrationem accipient consuetam.*
*Eadem tradit Sigebertus in Chronico
sub actis Anni ccccxi. Rex Henricus Ro-
manam vadit propter sedandam discordiam,
que*

quæ erat inter Regnum Sacerdotium,
quæ cœpta à Papa Gregorio VII. qui & Hil-
debrandus nominatus est, & excogitata à
successoribus ejus Victore & Urbano & præ
omnibus à Paschali, magno scandalo erat
toti mundo. Rex autem uti volens auiho-
ritate & consuetudine & authoralibus pri-
vilegiis Imperatorum, qui à Carolo Magno,
qui pòst de Regibus Francorum imperavit
Romanis, jamque per trecentos & eo amplius
annos imperaverant sub L X I I I. Apostolicis,
dabat licet Episcopatus & Abbatias & per
Annulum & per virgam. Contra hanc ma-
jorum autoritatem censebant Papæ Synodali
judicio, non posse nec debere dari per virgam
vel annulum Episcopatum aut aliam Eccle-
siastici juris investituram à Laicali manu.
Et quicunque ita Episcopatum aut aliam Ec-
clesiastici juris investituram accipiebant, ex-
communicabantur. Propter hanc præcipue
causam Rex Romam tendebat, & si qui Lon-
gobardorum quoquo modo ei resistere vole-
bant, potenter eos proterebat. In reconcilia-
tione autem, quæ facta est inter Imperatorem
& Papam, (nam ipsum Papam cum Episco-
pis &

pis & Cardinalibus ceperat.) die Paschæ Hen-
rico in Imperatorem coronato post lectum
Evangelium tradidit ei Papa ante altare
Apostolorum Petri & Pauli in oculis omni-
um Principum privilegium de investi-
tura Episcopatum vel Abbatiarum tam
per Annulum, quam per virgam, scilicet
ut Regni ejus Episcopis vel Abbatibus liberè
præter violentiam & Simoniam electis, inve-
stituram virgæ & Annuli conferat: post in-
vestiturem vero canonice consecrationem
accipiat ab Episcopo, ad quem pertinuerit.
&cet. Verba autem Decreti hujus Pon-
tificialis, uti à Willielmo Malmesburien-
si libro v. recitantur, hæc sunt: Paschalis
Episcopus, servus servorum Dei, charissimo
in Christo filio, & per Dei omnipotentis gra-
tiam Romanorum Imperatori Augusto
HENRICO salutem & Apostolicam be-
nictionem. Regnum vestrum Sanctæ Roma-
ne Ecclesiæ cohærere divina dispositio consti-
tuit. Prædecessores siquidem vestri probitatis
& prudentiae amplioris gratia Romanae urbis
coronam & Imperium consequuti sunt. Ad
cuius videlicet corone & Imperii dignita-
tem

item tuam quoque personam, Fili charissime
HENRICE, per nostri Sacerdotii mini-
sterium Majestas divina provexit. Illud igi-
tur dignitatis privilegium, quod prædecesso-
res nostri vestris prædecessoribus Catholicis
Imperatoribus concesserunt & privilegiorum
paginis confirmaverunt, nos quoque tuae dile-
ctioni concedimus & presentis privilegii pa-
gina confirmamus, ut Regni tui Episcopis
vel Abbatibus libere præter violentiam vel
Simoniā electis, investiturā virgē & An-
nulli conferas: post investitionem vero cano-
nicè consecrationem accipient ab Episcopo, ad
quem pertinuerit. Si quis autem à Clero vel
Populo præter assensum tuum electus fuerit,
nisi à te investiatur, à nimine consecretur,
exceptis nimirum illis, qui vel in Archiepisco-
porum vel in Romani Pontificis solent dispo-
sitione consistere. Sanè Archiepiscopi vel E-
piscopi libertatem habeant à te investitos
Episcopos vel Abbes canonice consecran-
ti. Videatur & Sagonius libro x. de Regno
Italiæ. pag. ccXLVIII.

Ceterū cum Calixtus. II. Pontifex
hoc Paschalis decretum ratum habere
nolle;

nollet, quod ipse Paschalis statim revoca-
verat, tanquam vi extortum, Imperator
Hinricus v. ejus minis & excommunicas-
tione territus exemploque patris motus,
investituram Episcoporum & aliorum
Prælatorum per annulum & baculum
Pontifici resignavit, Pontifex verò rursus
Imperatori investituram Episcoporum
Prælatorumque per sceptrum concessit:
atq; ita lis inter sacerdotium & Regnum
tum temporis sopita est, ut tradit Abbas
Vrspergensis in Chronic. Robertus Abbas
Montensis Appendice ad Sigeberti Chro-
nographiam anno ccccxxiii. Otto Frisin-
gensis libro vii. Chronic. capite xvi. Got-
fridus Viterbiensis in Panth. part. x vii.
pagina 1011. & 106. Marsilius Patavinus
in Defensore Pacis part. ii. capite xxvi.
Leopoldus de Bebenburg Episcopus Bam-
bergensis de Zelo veter: Principum Ger-
maniæ. capite viii. Krantzius libro v. Sa-
xon. cap. iv. Naucerus Generat. xxxvii.
Sed satius est rem omnem ex ipsius con-
ventionis formula exponere, quam ex
Willielmi Malmesburiensis libro v. de
Rebus

Rebus gestis Anglorum (apud hunc enim
locupletior extat , quam apud alios) de-
scribemus :

HENRICI V. IMPERA- TORIS AUGUSTI.

CONSTITUTIO

*De Electione & Investitura Epi-
scoporum & Abbatum,
Publicata in Comitiis VVorma-
tientibus.*

Ego HENRICVS Dei gratia Romano-
rum Imperator Augustus pro amore Dei &
Romanæ sanctæ Ecclesiæ & Domini Papæ
Calixti & pro remedio animæ meæ dimitto
Deo & sanctis ejus Apostolis Petro & Paulo,
sanctæq; Catholice Ecclesiæ omnem investi-
turam per annulum & baculum , & concedo
in omnibus Ecclesiis, quæ in Regno vel Impe-
rio meo sunt, canonicam fieri electionem & li-
beram consecrationem. Possessiones & Rega-
lia B. Petri, quæ à principio hujus discordia

usq; in hodiernum diem , sive tempore Patri^s
mei , sive etiam meo ablata sunt , quæ habeo ,
eidem Sanctæ Romanae Ecclesie restituo : quæ
autem non habeo , ut restituantur fideliter
juvabo . **A**Possessiones etiam omnium aliarum
Ecclesiarum & Principum & omnium alio-
rum tam Laicorum quam Clericorum , quæ in
guerra ista amissa sunt . **C**onsilio Principum
vel **J**ustitia dictante , quas habeo reddam ,
quas non habeo , fideliter ut reddantur juva-
bo . Et do veram pacem Domino Papæ Ca-
lixto , sanctæ Romanae Ecclesie , & omnibus ,
qui in parte ipsius sunt vel fuerunt : **I**n qua-
bus sancta Romana Ecclesia auxilium posui
laverit , fideliter juvabo , & de quibus mihi
querimoniam fecerit , debitam sibi faciam
Justitiam . Hæc omnia acta sunt consensu &
consilio Principum , quorum nomina subscripta
sunt . **A**lbertus Archiep . Mog . Abbas Foldensis .
Fridericus Colon . Archie . Heremannus Dux
Ratisbonensis Episcopus . Fridericus Dux
Babenburgensis Episcop . Bonifacius Marchio
Bruno Spirensis Episcop . Theobaldus Marchio
Augustensis Episcopus . Ernulphus Com . Palat .
Traiectiensis Episcopus . Othbertus Com . Pal .
Constancensis Episcop . Berengarius Comes .

CA-

CALIXTI. II. PONTI-
FICIS ROMANI

B U L L A
De Electione & Investitura Epi-
scoporum & Abbatum,

PRO HENRICO. V. IMPERATORE

Ego Calixtus Episcopus, Servus servorum
Dei, tibi dilecto filio HENRICO Dei gra-
tia Romanorum Imperatori A. gusto, Conce-
do electiones Episcoporum & Abbatum Teu-
tonici Regni, qui ad regnum pertinent, in pra-
senzia tua fieri absque Simonia & absq; ulla
violentia, ut si qua inter partes discordia e-
merserit, Metropolitanis & Provincialium con-
silio vel judicio, saniori parti assensum & au-
xilium præbeas. Electus autem regalia à te re-
cipiat, & quæ ex his jure tibi debet, faciat: ex
aliis vero partibus Imperij consecratus infra
sex menses regaliam à te per sceptrum recipiat,
& quæ ex his jure debet, faciat, exceptis omni-
bus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere
noscuntur. De quibus vero mihi querimo-

niā feceris & auxilium postula veris, secundum officij mei debitum, auxilium meum præstabo. Dō tibi veram pacem & omnibus, qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore hujus discordiae. Data anno millesimo centesimo vigesimo secundo. IX. Kal. Octobris Acta hæc fuisse in conventu Vormatiensi tradidit Sagonius libro x. de Regno Italie. Sed quid in Episcoporum investitura, quæ per annulum fiebat, probanda tam multis opus? Res est proletaria & omnibus, qui Germanicarum rerum scriptores primoribus tantum digitis attrigerunt, nota. Illud vero non item, quod etiam inter Papalis investituræ ornamenta & insignia Annulum reperio. Nam sic Octavianum Antipapam, qui se Victorem iv. appellavit, à Friderico I. Barbarossa per annulum esse investitum, disertè scribit Arnulphus Episcopus Lexoviensis in Epistola ad Archiepiscopos & Episcopos Angliæ, qua hoc factum, tafl quam indignum, reprehendit his verbis: Ceterum hic (Fridericus) blanda schismatice desperantis humiliatione seductus est, dum ille personam suam arbitrio exponit & causam,

sum, neque se quicquam fore, nisi de sola ipsius
voluntate præsumit. Vnde & ad pedes ejus
ipsa dicitur *Apostolatus insignia resignasse*,
posteaque de manu ipsius investituram ac-
cepisse per annulum, ut veteri scilicet qua-
stione composita, regnum planè de sacerdotio,
de spiritualibus temporalia, de Ecclesiasticis
viderenur secularia triumphasse. Ipse etiam
Alexander Papa super hac re mirum in-
modum conqueritur in Rescripto, quod
extat inter Arnulphi Epistolas: Ceterum
est predictus Imperator Ecclesiam Dei sue
videtur subjugare & supponere ditioni &
eam in supremam redigere servitutem, me-
morato Apostolico (Octavianum intelligit)
sicut dictum est, Pontificalia insignia reddi-
dit & eum de Papatu, quod est à seculis in-
auditum, per annulum, prout dicitur, inve-
stitivit. Non autem Ecclesiastica solum
beneficia per annulum conferebantur;
sed & in ipsius Imperatoris, aut Regis
Romanorum inauguratione, inter alia
insignia, annulum fuisse adhibitum legi-
mus, apud Johannem Trithemium in
Chronic. capite x x. Sigon. libro i v. de
Reg. O 3

Reg. Italæ. pagina DXXIX. Et Heimob-
dus Presbyter libro IV. Chronicæ Selavo-
rum capite XXXII. ubi agit de depositione
Henrici IV. Imperatoris. *Misi ergo à Princ-
cipibus venerunt ad Regem*, qui tunc foris
consistebat in corte regia Hilgelsheim (fortè
Ingelheim) Moguntinus, Coloniensis, Wod-
matiensis & pertulerunt ad eum mandatum
ex ore Principum, dicentes: *Fac nobis reddi*
coronam, annulum, & purpuram ceteraque
ad investituram Imperialem pertinentia
filio tuo defederenda Sigonius libro IX. pa-
gina CXXXIX.

Ipsi quoque Imperatores feuda inter-
dum per annulum confirmabant. Petrus
Diaconus libro IV. Chronicæ Casinensis
capite CXXVI. Lotharius Imperator accepto
à Ptolomeo Romanorum Consule sacra-
mento, Reginulfo illius filio obside, per annulum,
quem gerebat manu, confirmavit ei ipsiusq.
hereditatis in perpetuum totam terram illam
scilicet, quæ sibi ex parentum hereditate per-
tinebat. Atque hunc annulum à domino
in signum investituræ acceptum Vasallus
pro testimonio proferre solebat, si quan-
do con-

do controversia super feudo nascetur.
Cujus rei luculentum exemplum extat apud Abbatem Urspergensem, qui in Chfonicis anno 1300. autor est, Henricam Imperatorcm Ducatum Sveorum, vivente adhuc Ottone Duce, Bertholdo Comiti promisisse, eique annulum suum, velut hujus rei commonitorium dedisse: quem ille diligenter servans, post amborum obitum, Imperatoris sicilicet & Ducis, Imperatrici Agneti, Imperium tunc disponenti, obtulit, eamque annulum agnoscetem, pro Ducatu sibi commisso commonuit. Vid. Johannis Naucleri Chronographiam Generatio-
ne. xxxvi.

Quid? quod & Adrianus Pontifex Henrico secundo Anglorum Regi annulum misit, cum Hyberniam illi jure hereditario possidendam donaret. Joannes Saresberiensis libro iv. Metalogici. cap. xlii. *Ad preces meas Adrianus Pontifex illustri Regi Anglorum Henrico Secundo concessit & dedit Hyberniam jure hereditario possidendam, sicut literæ ipsius testantur in bediump diem. Nam omnes insula de jure*

antiquo, ex donatione Constantini, qui eam fundavit & dotavit, dicuntur ad Romanam Ecclesiam pertinere. Annulum quoque per me transmisit aureum, Smaragdo optimo decoratum, quo fieret investitura juris in gressu Hybernia. Idemque adhuc annulus incurali archio publico custodiri jussus est, quem locum mihi doctissimus Joachimus Morsius noster indicavit,

Ceterum ex hoc rito investiendi fluxisse puto morem illum, in Academiis usitatum, quo præter alias ceremonias, quæ in creandis Magistris & Doctoribus adhiberi solent, etiam annulus aureus inseritur digitis eorum, qui literatis istis honoribus insigniuntur. Qui quidem ritus cum etiam vulgo notus sit, de eo nihil amplius verborum addo.

C A P U T X X I.

De Annulis Magicis &c Physicis. Talisman. Gygis annulum eandem cum Orci galena potestatem habuisse. Variæ annulorum magicorum species. Annuli morbis averruncandis. Mira de Carolo Magno historia ex Petrarcha Venona annulus inclusa.

Repe-

Reperio etiam usum Annulorum ad præstigia & incantationes translatum ab hominibus male feriatis, qui hujusmodi annulos, stella aliqua fortunata ascende[n]te, certis characteribus insigniebant, iisque herbam vel lapidem hunc stellæ subditam includebant: quos annulos ad hunc modum confectos qui gestârit, eum non solum perpetuô victorem, & ab omni veneno ferroque tutum fore; sed etiam cujuscunque velit amorem ac benivolentiam sibi conciliare, malos genios pellere, morbis mederi & multa alia, quæ vix fidem mereantur, præstare posse, impudenter asserebant. Græci hos annulos Φαρμακίτας ήγιεινούς appellant: Arabes *Talisman*, teste Scaligero in Epistolis Gallicis.

Talis fuit procul dubio decantatissimus ille Gygis annulus, quo circumacto habentem nemo cernebat; si vera sunt, quæ de illo scribit Plato libro II. de Rep. & eum secutus Cicero libro III. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra decessisset magnis quibusdam imbribus,

in illum hiatum descendit; & neumque equum
animadverit, cuius in lateribus fores essent:
quibus apertis, hominis mortui vidi corpus
magnitudine inusitata, annulumque aureum
in digito: quem ut detraxit, ipse induit:
(erat autem regius pastor) tum in concilium
pastorum se recepit. ibi cum palam
eius annuli ad palmam converterat, a nullo
videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem
rursus videbatur, tum in lucem annulum
inverterat. Itaque hac oportunitate annuli
usus, regina stuprum insultis: eaque ad iurie
regem dominum interemit, substituit, quos
obstare arbitrabitur: nec in his eum quid-
quam facinoribus potuit videre. Sic repente
annuli beneficio rex exortus est Lydia. Hunc
igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil
plus sibi licere putet peccare, quam si non ha-
beret. Vide Ambrosium libro ii. Offic.
capite v. Lucianum in Bis accusato: &
Herodotum libro i. qui tamen annuli nul-
lam mentionem facit. Plinius libro
xxxiii. capite i. Midæ hunc annulum tri-
buit, memoria procul dubio lapsus. Et
recte Gygen substituendum monet Dalc-
cam-

campius. Habuit igitur hic annulus eamdem potestatem cum Orci galea, Αἰδοῦσσῃ, λιῶ ἔχων, ut ait Zenobius in Proverbis, εἰ μὴ ἡθελε ἐβλαπτεῖν, τὸν ἄνθρωπον τὸν κέρας·
qua qui induitus erat, omnes quidem videbat,
conspiciebatur vero à nemine. Hesychius sic
interpretatur: Αἰδοῦσσῃ παθανάτον πάνερον,
οὐ τελείβαλλοντανούσι θεοί, οὐταν θέλωσιν αἰδούσσους
μη γνωσκειν, id est, Orci vel Plutonis galea,
nebula quadam cœlestis, qua Di vestiuntur,
cum nolunt cognosci. Utrumque in proverbium abiit, de iis, qui arte quadam se oc-
cultant & cogunt. Atque ideo duo hæc
coniunguntur à Platone lib. x. de Repub.
Αἴτιον διηγουσσάντων αὐτῇ Φυχῇ σερσονέντο-
μην, καὶ ποιητῶν εἶναι αὐτῇ τῇ δίηγον, εἴστι ἔχη τῷ
Γύγει δακτύλιον, ιάντε μὲν, καὶ πέπος τύτῳ δακτυλίῳ
τῷ Αἰδοῦσσῃ. Sed justitiam ipsam ipsi a-
nimæ optimum præmium esse comperimus,
justeque agendum esse monstravimus, sive Gy-
gis habeat annulum, sive etiam Plutonis ga-
leam. Et post illum à Gregorio Nazianze-
no priore τιτθλικῇ in Julianum: οὐδέ εἰ τῷ
Αἰδοῦσσῃ, οὐδὲ λέγεται, πελέμημον οὐ τῷ δακ-
τυλίῳ Γύγει, καὶ τῇ σφραγίᾳ τῆς σφευδόντης χρησι-
μονον οὐταντὸν διπλέψει. Neque si orci galeam,
quod

quod ajunt, induat, aut Gygis annulo & pallo
conversione se se sussaretur. Sed de Orci
galea vide plura apud docissimum & præ-
clarè de literis meritum Andr. Schottum
Notis ad Zenobium: nos è diverticulo
redibimus ad annulos magicos, de quibus
dicere coeparamus. In illorum numero
fuerunt & illi, quos Excestus Phocensium
tyrannus habuit, quorum strepitu de re-
bus suis admoneri solitus fuit, quemad-
modum ex Aristotele scribit Clemens
Alexandrinus libro I. Stromat. Εξηκεστός ἦ
Φωκίων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γενοτο-
μένας, τῷ φόρῳ τῷ πέδος αιλύλας διηθάνετο τὰς
κρεπες τῶν πεδίξεων. απέθανεν ἐν ὅμως δολοφονη-
τος, καὶ τοι περιμήναντος τὸ φόρος, ὃς φησιν Αελ-
σαπέλης ἐν τῇ Φωκίων πολιτείᾳ. id est, interpre-
te Gentiano Herveto: Excestus Phocen-
sium tyrannus duos gestans incantatos annu-
los, qui inter se invicem ab iis edebatur, soni-
tu sciebat tempus rerum gerendarum: mor-
tuus tamen est dolo imperfectus, etiam si id ei
prius significasset sonitus, ut dicit Aristoteles
in opere de Repub. Phocensium. Eleasarus
quidam Judæus quoque annulum hujus-
modi habuit, quo ipsum, inspectante

Vespa-

Vespasiano Imp., multos à malo genio
obsessos sanasse, tradit Josephus libro viii.
Antiquitat. capite ii. Ισέρηον, inquit ille,
πρα Ελεάζερον τῷ ὁμοφύλῳ, Οὐεστασιανὸν πε-
ρεοντος ιδεῖ τῶν γυναικῶν αὐτὸν καὶ λιθίχων καὶ ἄλλων
εργατικῶν αἰλίθων, τὸν τῶν δαιμονίων λαμβα-
νούμενον ἀπολύοντα τέτων. Οὗ δετὸς γεραπέτας τρόπος
πιέτος οὖν παραφέρων πέτις ρίστης ἐδαιμονιζομένην
τὴν δακτύλιον, ἔχοντα τὸν τῆς σφραγίδος εἶλαν εξ
αὐτοῦ πατέσθετο Σολομὼν, ἐπειδὴ ἐξεῖλκεν οὐσφραγί-
δον τὸν μυκτήρα τοῦ δαιμονίου, οὐδὲ πεσόντος
ἐντὸς ἐάνθρωπος, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανενελθεῖν
ωρεκεῖ, Σολομὼν τε μεμνημένος, οὐδὲ τὰς ἐπωδὰς
αὐτοῦ σωθῆκεν ἐκεῖνος οὐ πιλεγών. Βαλεμψίος ἦν πεῖσμα
οὐδὲ παρεπῆσα τοῖς θρησπογχάνοντον οὐ Ελεάζαρος,
οὐ ταυτὸν ἔχει τὸν ιαχὺ, ἐπίθει μηρὸν εμπεφτεῖ
ποτίελον αἰλίρες υδατος η ποδόνιππερον, οὐδὲ τῷ δαιμο-
νίῳ πεφετετατεν εξιόντι οὐδὲ αἰθρώπος, ταῦτα ἀνατρέ-
ψαν οὐδὲ παραγγεῖν θηγυρῶσαν τοῖς ορῶσιν, οὐ κατα-
λέλοιπε τὸν αἰθρωπόν. id est, Vidi ex populari-
bus meis quendam Eleazarum, in praesentia
Vespasiani et filiorum et tribunorum reli-
quorumque militum, multos a demone cor-
reptos percurantem. Modus vero curatio-
nis erat hic. Admoto naribus demoniaci
annulo, sub cuius sigillo inclusa erat radicis
specieis a Salomone indicata, ad ejus olfactum,

per

per nasum extrahebatur dæmonium: & col-
lapsu mox homine, adjurabat id, ne amplius
rediret, Solomonis interim mentionem faciens
& incantationes ab illo inventas recitans.
Volens dein Eleazarus his, qui aderant, ostendere
suæ artis efficaciam, non longè inde po-
nebat poculum aut prolixum aqua plenum,
imperabatque dæmonio homine exeundi, ut
bis subversis signum dare et spectantibus, quod
reliquisset hominem.

Sed de annulis, qui malis geniis pellen-
dis erant, extat etiam locus apud Lucia-
num in Philopseude, ubi Euclates narrat,
se vel millies dæmoniacos confexisse;
καὶ τὸ μὴ πεῖστον, inquit, ἐγέρθη μὲν πέδος αὐτῷ,
νῦνδε, τὰ δὲ ἔθετο, εἰδέντων γάλονον οἴραν μετὰ δοκῶν,
καὶ νῦν μάλιστα, εἰς δὲ μετὰ τὸ δακτύλιον ὁ Αἴγαψ
ἔδωκε, σιδήρος δὲν τῶν στυγῶν πεποιημένον, καὶ τὸ
ἀπωδικὸν ἐδίδαξε τῷ πολυώνυμῳ. Ac primum qui-
dem turbabar ad ea, jam vero ob consuetu-
dinem nihil novum aut prodigiosum mihi vi-
dere videor, maximèque nunc, ex quo annu-
lum mihi Arabs dedit ex ferro de cruce sum-
pto factum, carmenque docuit nominibus
multis plenum. Celebres quoque sunt se-
pctem illi annuli Jarchæ Indorum sapien-
tissimi-

tissimi principis, Apollonio Thyantæ dono dati, quorum beneficio illum juuentæ nitorem prætulisse, quamvis jam centesimum annum excessisset, autor est Philostratus libro III. Pertinent huc annuli illi, quos Timolaus sibi optabat apud Lucianum in Navigio vel Votis : Εγω δὲ βέλομα τὸν Ερμῖνὸν στυχόντες μοι δῶναι πνας δακτυλίους τούτους τὰ διάστατα. ἐναρμόνιον αὐτοῖς εἴρηθαι καὶ οὐγιαστεῖν τὸ σῶμα, καὶ αἰτεῖσθαι εἰναι καὶ απαθῆ. ἔπειρος δὲ, ὡς μὴ οὐρανοῦ τὸν αἰθέρευμον, οἵος λέπτος Γύγα. πέδε πνας ὡς ἴχνειν θερέας αὐδρας μυρίσει, καὶ οὐ πᾶντας ἀρχεῖσθαι μέντοι καταπονήσαι μόλις διώσαι το, οὐ μεριστας μόνον αἰνιθεατη, ἐπειδὴ καὶ πεπονται, πολὺ δέ της γῆς αἱρέσθαι, καὶ πάσος οὗτος μοι εἶναι δακτυλίου πνας, καὶ μὲν εἰς ὑπνον καθαίται οὐτοσις αἰνεθεῖσα, καὶ αἴπασαν οὐ εγινεγοτόπιον μολαίνηγεσθαι, χαλομένας ξελείθεσθαι τὰ μοχλάς αἴφαιρεμενα. Ταῦτα αἱμφότεροι οὐδὲ δακτύλιος διώσασθαι & quæ sequuntur; quæ Jacob. Micillus ita interpretatur est: Ceterum Mercurium ego velo obviam mihi venientem dare nonnullos annulos, qui hujusmodi vim habeant: primum quidem ut recte semper valeam & corpore sanus sim & insaciabilis & nulli perturbationi obnoxius. Secundum autem, ut ne conspici possit, qui cum induerit, qualis ille

ille Gygis fuit. Deinde alium quendam, ut robore superem virorum decem millia, atque onus, quod alioqui decem millia hominum movere simul vix possent, ego solus facilè in numeros attollere possim. Præterea autem & volare possim longè à terra in sublime sublatum & ad hoc quoq; annulum quendam habeam. Iam verò & in somnum resolvere quos voluero, & omnem januam accedenti mihi aperiri, laxata sera & dimoto obice. Hæc ambo unus annulus possit. Hujus generis fuerunt quoque brachialia Zipangrinorum, in quibus lapides quosdam pretiosos fuisse, tam efficacibus Diabolicis incantationibus inauguratos, ut nullo modo vulnerari aut occidi ferro potuerint, quamdiu illos lapides secum portarent, autor est M. Paulus Venetus libro III. capite III.

Sed & Annulus ille fatidicus, quo de successore Valentis Imp. quæsitum est, hoc referri debet. Ejus descriptio, ut & totus ordo infandæ istius decantationis extat apud Am. Marcellinum libro xxix. his verbis. *Construximus, inquit veneficus*

ficus Hilarius, magnifici judices, ad cortine
similitudinem Delphicæ diris auspiciis de-
laureis virgulis infaustam hanc mensulam,
quam videtis: & imprecationibus carminum
secretorum, choragiisque multis ac diuturnis
ritualiter consecratam movimus tandem:
movendi autem, quoties super rebus arcanis
consulebatur, erat institutio talis. Conloca-
batur in medio domus emaculatae odoribus
Arabicis, undique lance rotunda purè su-
perposita, ex diversis metallicis materiis fa-
brefacta: cuius in ambitu rotunditatis extre-
mo elementorum viginti quatuor scriptiles
forma incisa peritè, dijungebantur spaciis
examinatae dimensis. Has linteis quidam
indumentis amictus, calceatusq; itidem lin-
teis soccis, torulo capite circumflexo, verbe-
nas felicis arboris gestans, litato conceptis car-
minibus numine præscitionum autore, cere-
moniali scientia supersistit corniculas, pen-
sem annulum librans arctum ex carpathio
filo per quam levi, mysticis disciplinis ini-
ciatum: qui per intervalla distincta retinen-
tibus singulis literis incidens saltuatum, heroos
efficit versus interrogationibus consonos, ad
umeros & modos plenè conclusos; quales le-

guntur Pythici vel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsen-
ti succedit imperio, quoniam omni parte ex-
politus fore memorabatur, adsiliens annulus
duas perstrinxerat syllabas: & cum adjectione
literæ postrema, exclamavit præsentium qui-
dam, Theodorum præscribente fatali necessita-
te portendi. Adquem locum videndus CL.
& meliorum literarum peritissimus Fride-
ricus Lindenbruckius amicus noster, cui
cūm alia multa, tum maximam partem
hujus capitis acceptam fero.

De his Annulis intelligendi versus illi
Antiphonis, qui extant apud Athenæum.
lib. III. Dipnosoph.

Ἐγώ καὶ οὐ ἔχω, μηδὲ ἔχοιμι, εἰνδέξει.

Στρεψόμε τοῖς πάσῃς γαστρίς τὸ ὄμφαλον.

καὶ δέ φερτέ τα δακτύλιος ἐστι μοι δραχμῆς.

Non enim male valeo. & Dī faxint, ne male valeam.

Si verò

Termina circa venarem & umbilicum me cruciarent.

Adest à Phertato mihi drachma emptus annulus.

Et hi apud Aristophanem in Pluto, ubi Di-
cæus Sycophantæ minitanti judicium, ait:

Ἐδέν περιμώσει. Φορῶ γὰρ πειάμβρος.

τὸν δακτύλιον τὸν τὴν πατρί Ευδάμῳ δραχμῆς.

Non facio te huius: quando gesto hunc annulum

Precio drachme mercatus ipsum ab Eudamo.

Qui

Qui quidem annulus forte valebat ad conciliandum amorem judicum: cuiusmodi vim quoq; inesse *pileo naturali*, quo causidici juventur, verus fuit supersticio, de qua Lampridius in Anton. Diadumenio pagina cxlviii. editionis Parisinæ, & ibi Casaubonus.

Fit quoque Annulorum, qui morbis averruncandis, crebra mentio apud priscos Medicos. Marcellus Empiricus capite xxix. *Annulus de auro texta tunica*, fit exusta, cui insculpitur vice gemmae pescis aut delphinus, sic ut holochrysus sit, & habeat in ambitu rotunditatis utriusque, id est, interius & exterius Græcis literis scriptum, θεὸς κελούσαι μηνὶ κύειν νόλον πίνεις. Observandum autem erit, ut si in latere sinistro dolor fuerit, in manu sinistra habeatur annulus: aut in dextra, si dextrum latus dolebit. Luna autem decrecente die Iovis primùm in usu habendus est annulus. Alex. Trallianus libro x. de Colico affectu ex calidis & biliosis humoribus nascente: *Annulum*, inquit, ferreum accipito ac circulum ipsius octangulum efficto, atque ita in octangulum inscribito: φοῖχε, φοῖχε ιε χόλη, η πορεύδωλος ἐξητα. hoc est.

Fuge, Fuge heu bilis: alauda quærebatur.

Subjectam a figuram in annuli caput scribito:

V Et ut fidem suis verbis querat, mox addit: Hujus magnam habui experientiam, ac absurdum putavi tantum medicamentum naturali vi colico adversum non vobis tradere. Sed admoneo vos, ne quibuslibet hujusmodi ostendatis, virtutis autem studiosis & qui ejusmodi possunt conservare, communicate. Quod etiam Hippocrates divinissimus quium novisset, praecipit his verbis: Res quæ sacræ sunt, sacris hominibus ostenduntur: profanis autem non fas est. Paretur autem præfiguratus annulus decimo septimo aut vigesimo primo die Luna. Verba Græca, si quis illis delectatur, hæc sunt: λαβὼν δακτύλιον σιδηρῷ ποίησι
γενέθη τὸ κρικέταιον αὐτῷ ὄκταγώνιον, οὐ δὲ τὸ θήλαφε εἰς τὸ ὄκταγώνιον: ΦΕΤΓΕ, ΦΕΤΓΕ ΙΟΤΧΟΛΗ, Η ΚΟΡΥΔΑΛΟΣ ΕΖΗΤΕΙ. Τὸν δὲ χαρακτῆρα τὸ ποκείμφιον χάφε εἰς τὸ πεφαλιώδε δακτύλιον.

V Τὸτε πολὺ πέρι τοῦ θεραπευτικοῦ μηδέδηναν πλικαύτω αἴτησι. Ήτος ἔχοντο περὶ τὸ πεθόδιον διώματον, μηδέ τις περικαλλῆ μᾶς, μηδέ τοὺς πυχόντας ἐμφαίκειν τὸ πιστόν, τούτος δὲ τὰς φιλοράτην οὐ τὸ πιστόν διηγεῖται.

μέσος Φυλάτταιν ; ὅθεν καὶ ὁ θεότατος ἴδων Ἰπακρά-
της, τὸ Δακτυλίου την λέγων. πέδειερχείσόντα πληγή-
ματα ιεροῖσιν αὐθεώποισι δάκτυλοι, βεβίλοισι δὲ
τέλειοι. γνέσθω δὲ ὁ περιποτικῶθεις δακτύλιος οὗ
τῆς σελιώντος οὐκά. Et eadem pagina tale amuletum ponit contra dolores colicos :
Εἴτε λίθος μηδικόν γλύφον ηγεκλέσ, οὔθον πνίγοντα
λέοντα καὶ εγκλέοντα εἰς δακτύλιον χρυσῷν διδά Φο-
ρεῖν. hoc est. Herculem erectum suffocantem
λεοντem in lapidem Medicum insculpito, ac in-
clusum in annulum aureum gestandum dato.
Idem libro ix. c. iv. de Affectibus renum,
aet annulum ex aere Cyprio confectum
prōdēsse contra calculum : Λαβὼν χαλκὸν
Νικανὸν οὐ Κύπεινον πορὴ τὸ σπέσολον μηδ σπωμιλῆ-
σαντες, τὸ δέ αὐτῷ τῷ μετεῖλα ψεύτην χαλκὸν δέσικο-
μένον ποίησον γείσοδην ὡς Φυφίδα, ἢτε Φωτιᾶν αἱ
δακτυλίωι. οὐδὲ γλύφος ἐπ' αὐτῆς λέοντα καὶ σελιών
καὶ στρεψι, κύκλῳ τέττα χάραφοι τὸ ὄνομα τὸ θηεῖον καὶ
εγκλέοσας χρυσῷ δακτυλιδίῳ Φόρει τῷ μι-
κρῷ οἰστρειῷ δακτύλῳ. hoc est. Es Nicanum
aut Cyprium, quod igni in totum non admo-
tum fuerit, accipito : quod in ipso metallo
eris invenitur, veluti tessaram facito, ut in
digito appareat : ubi in ea insculperis leo-
nem, & lunam & stellam, hujus circulo no-
men bestie conscribito, & inclusam aureo

annulo gestato in minore digito medico juxta
minimum.

Hujus generis fuisse videtur Annulus
S. Edovardi Regis Angliae comitali mor-
bo laborantibus salutaris, de quo hæc Car-
rio libro III. Chronicorum: Anno CICLXV.
*Edovardus Angliae rex obit, divino (ut fer-
tur) vicina mortis præsagio admonitus, an-
nulo, quem is paulò antè cuidam pauperi D.
Iohannis Evangelistæ nomine eleemosynam
ab eo petenti, dederat, à peregrino quodam
Hierosolyma redeunte, sibi redditio. Sepultus
est in Westmonasterij templo ac paulò post
inter divos relatus, annulusq; ille in ejusdem
templi archivis reconditus, comitali morbo
laborantibus mirificè, (ut ajunt) salutaris:
Et hinc natum, ut Anglia reges quotannis
annulos solemni ceremonia sacratos, contra-
cta membra divina virtute solventes, populo
erogent.*

Inter gemmas autem, quibus hujusmo-
di vis inesse scribitur, reperio Achaten &
Jaspidem viridem. De Achate Servius P.
Danielis in Paralipomenis ad libr. i. Vir-
gil: Lectum est in naturali historia Plinij
quod si quis hunc lapidem (Achatem intel-
lige)

lige) in annulo habuerit, ad custodiam ejus proficit & gratior esse videatur. Ubi autem hic Plinii locus exter, non memini me legere. De viridi Jaspide Paulus Aegineta libro vii. de re Medica sub litera A: *Viridis Iaspis stomacho prodest & appensus & in digito gestatus.* Et Aetius tetrabiblio i. serm. ii. capite xxxvi. de viridi Jaspide, quem pro amuleto ori ventris appenso nonnulli usurpant: *Quidam & annulis ipsum includunt & draconem radios habentem in ipso sculpunt, quemadmodum Nechoptus rex scripsit.* Quid autem de hujusmodi gemmis, quas tamen suas virtutes habere negari non potest, judicandum sit, audiamus ex Isidoro, qui libro xvi. capite vii. *Volunt,* inquit, *quidam Iaspidem gemmam & gratiae & tutelae esse gestantibus, quod credere non fidei, sed superstitionis est.*

Ad genus annulorum, quibus amor posse conciliari putatur, refero illum, qui inventus fuit in ore cujusdam mulierculæ iam mortuæ, cuius infano amore Carolum Magnum Imperatorem olim captum fuisse memorant. Historiæ hujus, quæ à fabula non multum abludit, indi-

cium mihi fecit noblissimus & amplissi-
mus vir D. Foppius ab Aissemā, potentif-
simorum Ordinum Fœderati Belgii ad
Urbes Hanseaticas Legatus, vir rara
eruditioñe præditus, multoque rerum usu
subactus, amicus noster non è multis, qui
cam apud Stephanum Paschasium libro
v. des Recherches de la France capite
xxxii. fortè paulò ante legerat, quam ad
ipsum salutandum venissem. Laudat vero
Paschasius ejus testem Franciscum Pe-
trarcham, cuius verba ex libro i. Epistola
iii. hoc adscribam : *Vidi Aquensem Caroli
sedem, & in templo marmoreo verendum
barbaris gentibus illius principis sepulchrum :*
ubi fabellam audiri non in auctoriam cognitu,
& quibusdam templi sacerdotibus, quam scri-
ptam mihi ostenderunt : & postea apud mo-
dernos scriptores accuratius etiam tractatam
legi: quam tibi quoq; ut referam, incidit ani-
mus, ita tamen ut rei fides non apud me que-
ratur, sed (ut ajunt) apud auctores maneat.
Carolum Regem, quem Magni cognomine
aquare Pompejo & Alexandro audent, mu-
liercislam quandam perdite & effictim a-
missæ memorant. Ejus blanditiis enervatum
neglecta

neglecta fama , cui plurimum inservire con-
sueverat , & posthabit is regni curis aliarum
rerum omnium & postremò sui ipsius obli-
sum : diu nulla prorsus in re , nisi in illius
amplexibus acquiescisse , summa cum indi-
gnatione suorum & dolore . Tandem cum jam
spes nihil superesset , (quoniam aures regias
salutaribus consilia insanus amor obstruxe-
rat .) fæminam ipsam malorum causam in-
sperata mors abstulit : cuius rei ingens pri-
mum in regia , sed latens gaudium fuit . Dein-
de dolore tantum priore gravior , quantum
fædiori morbo correptum Regis animum vi-
debant : cuius nec morte lenitus furor , sed in
ipsum obscenum cadaver & exangue trans-
latus est : quod balsamo & odoribus condi-
tum , onustum gemmis & velatum purpura
diebus ac noctibus , tam miserabili , quam cu-
pido fovebat amplexus . Dici nequit , quam
discors & quam male se compassura conditio
est amantis ac regis : nunquam profecto con-
traria sine lite junguntur . Quid est autem
regnum , nisi justa & gloria dominatio ?
Contra , quid est amor , nisi fæda servitus &
injustia ? Itaq; cum certatim ad amantem , sen-

P S rectius,

rectius, ad amentem regem pro summis regni negotiis, legationes gentium præfectique & provinciarum presides convenirent, is in lectulo suo miser, omnibus exclusis, & obseratis foribus, amato corpusculo cohærebat: amicam suam crebro velut spirantem responsuramque compellans: illi curas laboresque suos narrabat: illi blandum murmur & nocturna suspiria: illi semper amoris comites lachrimas instillabat. Horrendum miseræ solamen, sed quod unum tamen ex omnibus, Rex alioquin, ut ajunt, sapientissimus ei gisset. Adidunt fabulae, quod ego fieri potuisse, nec narrari debere arbitror. Erat ea tempestate in aula Coloniensis antistes, vir (ut memorant) sanctitate & sapientia clarus, nec non comitatus & consilii regii prima vox, qui domini sui statum miseratus, ubi animadvertisit humanis remediis nihil agi, ad Deum versus illum assidue precari, in illo spem reponere, ab eo finem mali poscere, multo cum gemitu. Quod cum diu fecisset nec desiturus videtur, die quodam illustri miraculo recreatus est. Siquidem ex more sacrificanti, & post devotissimas preces pectus & aram lachri-

mis

mis impleti, de cælo vox insonuit, sub extincta mulieris lingua furoris regij causam latere. Quo latior, mox peracto sacrificio ad locum, ubi corpus erat, se proripuit & jure notissimæ familiaritatis regiae introgressus, os digito clam scrutatus gemmam perexiguo anulo inclusam sub gelida rigentique lingua, repertam festinabundus avexit. Nec multò post rediens Carolus & ex consuetudine ad optatum mortuæ congressum properans, repente aridi cadaveris spectaculo concussus, obriguit exhorruitque contactum: auferri eam quanto oxyus ac sepeliri jubens. Inde totus in Antistitem conversus, illum amare, illum indies arctius complecti: deniq; nihil nisi ex sententia illius agere: ab illo nec diebus nec noctibus avelli. Quod ubi sensit vir justus ac prudens, optabilem fortè multis, sed anerosam sibi sarcinam abjicere statuit: veritusq; ne si vel ad manus alterius perveniret, vel flammis consumeretur, domino suo aliquid periculi afferret, annulum in vicine paludis præaltam voraginem demersit. Aquis fortè tum Rex cum proceribus suis habitabat: ex eoque tempore cunctis civitatibus sedes illa

pre-

prælata est. In ea nil sibi palude gratias, ibi
assidere, illis aquis mira cum voluptate, illius o-
dore velut suavissimo delectari. Postremò illuc
regiam suam transtulit & in medio palustris
limi immenso sumptu jactis molibus, pala-
tium templumq; construxit, ut nihil divine
vel humanae rei eum inde abstraheret. postre-
mò ibi vita sua reliquum egit, ibique sepultus
est, cauto prius, ut successores sui primam
inde coronam & prima imperii auspicia ca-
pesserent: quod hodie quoque servatur, serva-
biturque quamdiu Romani frena imperij
Theutonica manus agit.

Fuerunt etiam, qui venena annulis in-
cluderent, ut quandocumque liberet, mor-
tem sibi possent accelerare. Quo genere
mortis Demosthenem prævenisse Archi-
am Thurinum à Rege Antipatro immis-
sum, testatur Plinius libro xxxiii. cap. 5.
& Suidas. Quod & Tzetzes notavit:

Φάρμακον ἐμὸν τεχνὴ πλῆσθενδόν δεκτολίς
Τὸν μὲν μετάλλαξεν, εἰς αποπένεος βλον.

Quanquam Plutarchus ex Eratosthe-
ne refert, in circulo cavo cum venenum
servasse, quem circulum Demosthenes

in brachio gestare solitus fuerit. Εγανδέ-
μος δὲ, οὐδὲν τὸ κείμενον φέρει λόγον, πόφαμαν
φυλάσσειν. τὸν δὲ κείμενον εἴναι δέ τον αὐτῷ Φόρουμα
εἰς βεβαχόνιον.

Annibal Carthaginem Dux simili
letho periit. nam vīctō Antiocho ad Prusiam
Bithynia regem concessit: unde Romana
legatione per Titum Flaminium repetitus, ne
Romanis tradereetur, hausto, quod sub annulū
gemma habebat, veneno absumptus est, ut
ait Aurelius Victor. Cum M. Crassus bis
mille auri pondo ē Jovis Capitolini folio
a Camillo ibidē condita rapuisset, ædi-
tuum custodiæ deprehensum, fracta in
ore annuli gemma, statim expirasse & in-
dicum ita extinctum, refert idem Pli-
nius d. l. Heliogabalum Imp. quoque
mortis causa habuisse annulos, tradit
Lampridius: Paraverat δὲ in cerauneis &
byacintis δὲ in smaragdis venena, quibus
se interimeret, si quid gravius immine-
ret.

C A P U T X X I I .

Annulos penebant lugentes, rei supplices, cubitum
annulorum ubri. Moriensibus vel detrahabantur annuli.
viii

vel ipsi eos uni ex amicis aut heredibus presentibus tradebant. Annuli traditio an heredis instituendi tessera? Historia de Alexandro M. Perdicce annulum tradente.

IN quem usum annuli gestati sint vidi-
mus. Nunc referemus alia quædam: in-
ter quæ illud est, quod in publico luctu
annuli aurei ponebanrur. Ad nuntium
Caudinæ pacis *annulos aureos positos*, nar-
rat Livius libro ix. De funere Augusti
Suetonius cap. C. *Alij exsequiarum die po-*
nendos aureos annulos ferreosq; sumendos
censuerunt.

Rei quoque & supplices annulos pone-
bant, more lugentium & ærumnosorum.
Livius libro XLIII. pagina CICCLXII. edit:
Gruterianæ. *Extemplo principes civi-*
tatis in conspectu populi annulis aureis po-
sitis vestem mutarunt, ut supplices plebem
circumirent. Valerius Max. libro VIII. ca-
pite I. de Gabinio reo, præter spem abso-
luto: *Filius namq; Gabinij Sisenna conser-*
nationis impulsu ad pedes se Memmij (is ac-
sator erat) supplex prostravit: inde aliquod
fomentum procellæ petens, unde totus impetus
potestatis eruperat. *Quem truci vultu a se*
victor insolens repulsum, excusso è manu an-
nulo humi jacere aliquandiu passus est.

Ituri

lcturi quoque cubitum aut loturi ponebant annulos: quod non factum in Chario notat Martialis lib. xi. Epigr. LX.

Senos Charinus omnibus digitis gerit

Nec nocte ponit annulos,

Nec cum lavatur: causa qua sit quaritis?

Ductylie theeam non habet.

Terentius Heautont. Act. i v. Scena i. Ea lavatum dum it, servandum mihi dedit annulum. Hic mihi in mentem venit lepidum Alphonsi Siciliæ regis factum, quod non possum, quin adscribam. Alphonsus Senior Sicilia rex annulos ingentis pretij in digitis gestare conservaverat, & ne lavandis manibus gemmis officeret, loturus annulis digitos exuebat, servandosque ministris, qui oportuniū se offerrent, dare solebat. Cuidam igitur semel cum annulos tradidisset, qui oblitum regem arbitrabatur, & propterea in usum suum eos verterat, Alphonsus rem dissimulavit, atq: pro eis alios induit annulos, conservumq: morem servavit. Itaq: post aliquot dies loturo Alphonso cum idem adstaret, qui primos habuerat, & non restituerat, manum porrexit, tanquam à rege annulos, ut olim eggerat, accepturus. Alphonsus autem, retracta

ad je-

*ad se manu, in aurem submissa voce ei dixit :
Hos servandos tibi annulos dabo, si prius
alios, quos dedi, restitueris. Liberale pro-
fecto rege humanoque & animo ingenti pra-
dicto digna vox & aeternis literarum cele-
brandae encomiis. Fulgosus & Egnatius libro
iv. capite viii.*

Morientibus vel annuli detraheban-
tur. Plinius libro xxxiii. capite i. Grava-
tis somno aut morientibus religione quadam
annuli detrahebantur. Sic Tiberio defi-
cienti annulum extractum, quem mox resi-
piscens requisiverit, autor Suetonius in ejus
vita capite LXXVI. Atque haec est causa,
cur Ael. Spartianus annuli spontaneum de
digito lapsum inter signa mortis Hadria-
no Imp. oblatā retulerit. *Signa mortis, in-
quit, haec habuit : Annulus, in quo imago
ipsius sculpta erat, sponte de digito delapsus
est.* Fortè autem ideo detrahebantur, ne
in pollinctorum manus pervenirent :
nam post redditos iterum digito & una
cum cadavere combustos, non obscurè
indicat Proportius libro iv. Eleg. Sunt &
liquid &cct.

Et solitum dígito beryllén adederat ignis.

Ptolomæum quoque Herodis mortui dígo annulum detraxisse, & in concio-nem protulisse: eundemque annulum postea fuisse Cæsari Augusto transmis-sum, scribit Egesippus libro i. capite ult.

Vel ipsi morientes solebant uni ex amicis, si quis charior inter extrema oscula præsens adesset, annulum tradere. Plautus Curculione Act. v. Scena ii. Phæ-dromus:

Miles, inquit, quæso ut mihi dicam, unde istunc ba-beas unnum,

Et paulò pōst respondet Miles:

*Pater meus habuit Periphanes, Planesium:
Is priusquam moritur, mihi dedit tanquam suo,
Ut & quum fuerat filio. PL. proh Iupiter!
MI. Et iste me heredem fecit.*

Sic Augustus Cæsar xi. Consul cum gravi-ter ægrotaret, desperata salutē, cum quæ-dam de Repub. disseruisset, Agrippæ an-nulum tradidit, τῷ Αχείπων τὸν δακτυλιον ἐν-χειρες, Dio libro lii. Tiberium Cæsarem intellecta defectione exemptum dígo annu-lum quasi alicui traditum, parumper te-nuisse, deinde rursus aptasse dígo & com-presso.

pressa sinistra manu jacuisse diu immobilem,
ex Seneca refert Svetonius in ejus Princi-
pis vita capite LXXIII. quanquam ipsi spi-
ranti adhuc Caligulam annulum detrahi
& quoniam suspicionem retinentis da-
bat, pulvinum injici jussisse, tradit idem
Svetonius in Calig, cap. XII.

Utrum autem annuli traditio fuerit
olim instituendi heredis tessera quædam
& symbolum, de eo merito ambigitur.
Perdiccam quidem ab Alexandro Magno
successorem in regno constitutum dona-
tione annuli, putat Aristonius apud Curtiu-
m libro X. *Tum Aristonius orsus est dice-
re, Alexandrum consultum, cui relinquere
regnum, voluisse optimum deligi. Judicatum
autem ab ipso optimum Perdiccam, cui annu-
lum tradidisset.* Justinus libro XII. *Sexta die
præclusa voce exemptum digito annulum
Perdicca tradidit: quæ res gliscerent am-
corum dissensionem sedavit.* Nam etsi non
voce nuncupatus heres, judicio tamen electus
esse videbatur. Æmilius Probus in Eume-
ne: *Alexandro Babylone mortuo, quum re-
gna singulis familiaribus dispergirentur, &
summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui*

Alexan-

Alexander moriens annulum suum dederat, Perdicce: ex quo omnes conjecterunt, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent. Non neglexit id quoque Philippus Galtherus lib.
x. Alexandreidos, ubi excessum Alexandri M. describit:

Sic fatur: at illi

Querere cum plantis, lacrymis & fletibus instant,
Quem velit heredem mundoq[ue] relinquere Regem.
Optimus, inquit. & imperio dignissimus esto
Rex vester. Sed vox postquam non affuit, aurum
Detractum digito Perdicce tradidit, unde
Prasumsere Duces Regum voluisse supremum
In regni sibi Perdiccam succedere summam.

Nec male illi ita colligebant. Erat enim annulus signatorius vel sigillum plerumque dominii & potestatis symbolum. Ideo quibus Reipub. vel regni administratio, eisdem etiam annuli vel sigilli cura solebat committi. Quomodo Philippum Macedonem, cum in Byzantinos moveret, Alexandro filio decimum sextum ætatis annum agenti Macedoniæ & sigilli cum libera potestate curam demandasse, refert Plutarch^o in Alexandro. Φιλίππως δέ, inquit ille, σφατούσε τοῦ Δημίου Βυζαντίου, λέγει μὴ εἰκαιδεκάτης ὁ Ἀλέξανδρος, δύπλαι-

Φθεὶς δὲ κύριος ἐν μακεδονίᾳ τῶν πενταγμάτων οὐδὲ
 τῆς σφραγίδος, Μεδάρωντε τοὺς αὐτοῖς κατέ-
 στρέψατο, καὶ πόλιν ἑλάν. αὐτῶν, τὸς μὴν βαρβάρους
 ἐξαπήλασεν, συμμίκτος δὲ κατοικήσας, Αλεξανδρό-
 πολιν πεφοργόστενον hoc est. Cum Philippus
 adversum Byζantinos expeditionem fecisset,
 Alexander annum tum agens decimum sex-
 tum, rerum Macedonicarum sigillig curator
 relictus, Mædos, qui defecerant, subegit, ur-
 bemque eorum captam, barbaris ejectis, con-
 venis habitandam tradidit, εἰς Alexander-
 polim nominavit. Et Helenam Adiabenor-
 rum reginam grandiori natu filio Mono-
 bazo annulum patris signatorium dedis-
 se, commissa ipsi Reipub. administratio-
 ne, donec adveniret frater Izates, quem
 pater regni heredem destinaverat, auctor
 Josephus libro x x. Antiquit. capite II.
 πείθεται τάχοις η Ελένη ηγετὴ καθίσησται περισσύτε-
 τον πᾶνδα Μονόβαζον βασιλέα πειθεῖσσα τὸ Αλεξάνδρινον
 ηγετὸν δύον τὸν σημαντῆρα. Σπαργὸς δακτύλιον, τῷτε
 σκυψηεῖν ὄνομαζομένων παρ' αὐτοῖς, διακείνετε
 τάχοις τὸν βασιλέαν παρήνεστε μέχρι τῆς Σαδελφῆς
 παρασίας. id est. Paruit his Helena, εἰς pro-
 regem fecit grandiorem filium Monobazum,
 imposito ei diademeate, εἰς dato patris annulo
 signa-

Signatorio, simulque sampsera, ut ipsi vocant: jussitque eum administrare Rempub. donec frater veniat. Atque hæc est causa, cur Qu. Catulus, cum nocte quadam post dedicatum Capitolium somniasset, *Jovem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, unum secreuisse, atque in ejus sinum signum Reipub. quod manu gestaret, reposuisse*, teste Svetonio in Augusto capite xciv. conjecturam ex eo fecerit, in Augusti potestatem fore aliquando Rempub. Nam rectè ibi *signum Reipub.* Isaacius Casaubonus interpretatur δημοσίας σφεγγίδας, qua obsignari solita diplomata, & quæcunque alia Reipub. nomine signabantur. Hinc etiam factum, ut Hadrianus à Trajano Imperatore extra ordinem gemma donatus & quidem ea, quæ jam semel omen imperii fuerat, non temere spem successionis conceperit. Sic enim Spartianus: Secunda expeditione Dacia Trajanus eum prima legioni Minervia præposuit, secumque duxit, quandoquidem multa egregia ejus facta claruerunt. Quare adamantem gemma, quam Trajanus à Nerva

accepere at, donatus, ad spem successionis erexitus est.

Eadem de causa etiam Johannes Comnenus cum videret matrem id agere, ut in sororem Annam, quæ Nicephoro Bryennio nupserat, imperium transferretur, patri Alexio jam jam morituro annulum detraxit, hoc pacto sibi imperium firmaturus. Nicetas non procul ab initio suæ historiæ. pagina vii. δὲ πάντας Ιωάννης τὸν μητέρα ὁρῶν τῇ τελεστῇ αἰλισταῖσι τούτῳ, οὐδὲ τὴν μητέρα εἰδὼς ἀποσέργυσαν, καὶ τῇ αδελφῇ τὴν βασιλείαν μνωμόνια, καινῆται τὸ ποιητέον τοῦτο ἐκ τῆς συγγενείας ἐκείνῳ φίλᾳ Φρειώτιν. ἀντὶ τὰς πρόπτευτιν ὁ αδελφὸς ΙωάννιΘω, καὶ δὴ λαθὼν τὴν μητέρα, εἰσεστὶ τὸ ιεριτῶν τὸ πατερικόν. οὐδὲ περιπέσων αἰς δῆθεν θριαμβών, ὑφαιρεῖται λαθερα τῆς ἐκείνης χειρὸς τὸν σφεριγμῆρα διακόπτιον. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ γνώμων τὸ πατερὸς αὐτὸν Φασι τοδε πεποιηκέντοι, ὡς δίδωσιν ἐνοῖν τὰ μὲν Βεργχὺ ῥηθησόμενα. hoc est. Filius autem Iohannes videns patrem morti vicinum, ἔτει materni odij gnarus, quæ imperium in sororem transferre niteretur, negotium cum cognatis sui studiosis communicat, quorum princeps erat frater Isaacius : Et clam matre paternum cubiculum ingressus, ἔτει

quam

quam morbum ejus deplorare vellet, prostratus, annulum de manu ejus surripit. Sunt tamen qui id eum de sententia patris fecisse affirmant: idque ex ijs, quæ mox sequentur, sit probabile. Quanquam custodes magni palatii non contenti erant ostendo annulo, ut ipsum tanquam regni heredem introducerent, sed aliud evidentius argumentum ab ipso quærebant, quo se patris jussu adesse comprobaret. Sic enim non multò post idem Nicetas: Ο δέ γε Ιωάννης κατὰ τὸ πέμπτα αρχεῖον γρόβην τοῦ Λεοντίου πατέρος, οἰατῶν φυλάκων μὴ πέδος μόνιμον θεωρήσαντων τὴν τε δακτυλίαν ψώδειαν, ἀλλὰ προστητάτων ηγήσακό πεπυμένον τὸ κατὰ κέλσον παρεγκλύτην εἶναι τῷ Θεῷ γενέσθαι. Et rectè quidem illi.

Nam non sola annuli traditio ad heredis institutionem sufficiebat, nisi ea testamento probaretur, confirmareturque. Testantur id exempla eorum, qui annulos quidem amicis tanquam heredibus dederant, quos tamen nulla ex parte heredes scripserunt. Fecit id Q. Cæcilius, qui L. Luculli promptissimo studio, maxime liberalitate & honestum dignitatis

gradum & amplissimum patrimonium consecutus, cum præ se semper tulisset, unum illum sibi fore heredem, moriens etiam annulos ei suos tradidisset, Pomponium Atticum testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem, ut autor est Valerius Maximus libro vii. capite viii. qui simile quid narrat etiam de T. Barrulo. Is Lentulo Spintheri, cuius amantissimum animum liberalissimamque amicitiam senserat, decadens suos annulos perinde atque unico heredi tradidit, quem nulla ex parte heredem relinquebat. Et de M. Popillio, qui Oppilum Gallum ab ineunte ætate familiarissimum sibi moriens unum de multis, qui assidebant ultimo complexu & osculo dignum judicavit: superque annulos suos ei tradidit, videlicet ne quid ex ea hereditate, quam non erat aditus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, sed morientis amici plenum contamelia ludibrium, in loculum repositos & à presentibus obsignatos, diligentissime heredibus illius, ex heres ipse reddidit. Sed audiamus, quid in hac controversia respondeat Papinianus. Pater, inquit ille L. lxxvii. cum pater. §. Pater. D. de Legat. ii. pluribus

ribus filijs heredibus institutis, moriens claves & annulum custodiæ causa, majori natu filiæ tradidit: & libertum eidem filiæ, qui præsens erat, res, quas sub custodia sua habuit, assignare jussit, commune filiorum negotium gestum intelligebatur, nec ob eam rem apud arbitrum divisionis, præcipuam causam filiæ fore.

CAPUT XXIII.

Omina ex annulis captari solita. Annulus mirabilis de cingulo in terram prolapsus. Probatio per annulum candentem.

Pleraque quæ de Annulis in mentem inciderunt, diximus: nunc priscos ex annulo quoque omen aliquod captare solitos ostendemus: id quod Timoleontem factitasse, testis est Plutarchus in ejus vita. Cum enim Icetes Leontinorum tyrannus, transmisso Damiria fluvio, Timoleontis exercitum transitu prohibere vellet, mira contentio ducoribus militum Timoleontis incidrat, quæ pugnam retardaret. Nullus enim eorum post alterum transfire volebat, sed

Q5

unus-

unusquisque primus hosti manum con-
ferre cupiebat : ideoq; nullo ordine tran-
fibant, mutuo se præterire cupientes atq;
impedientes. Quare ut forte rem dijudi-
caret Timoleon, à quolibet ducum acce-
pit annulum : omnibus iis in chlamydem
conjectis suam & mixtis , primum forte
eum extraxit , cui erat insculptum tro-
pæum. Hoc viso milites magno cum
gaudio clamorem sustulerunt, neque jam
forte in reliquorum exspectavere , sed
summa pro se quisque celeritate fluvium
transeuntes , cum hostibus conflixerunt.

Verba Plutarchi hæc sunt : τοῖς δὲ μὲν οὐ τι-
μολέοντος ἐιλάρχους ἔεις ἐμπεσύσαι θαυμαστὴν καὶ
φιλονεκίαν, Διογένης δὲ ποίει τῆς μάχης. οὐδεὶς γὰρ
ιδὼν οὐ βαλόμενος ἐπέρθει Διογένειν ὑπεροφθαλμὸν οὐδὲ τὰς
πολεμίας, αὐτὸν δὲ τὸν ἕκαστον ηὔχει πεισταγωνισειν,
καὶ οὐδέμονος σὸν εἶχεν ηὐτὸν διογένειος, ἐξαθέντων καὶ
πολέματερεχόντων αὐτῷ λόγοις. Βαλόμενος δὲ οὐ Τιμο-
λέων καληρῶσαν τὰς ηγεμόνας, ἐλαβεν παρ' ἕκαστη
δακτύλιον ; ἐμβαλὼν δὲ παντας εἰς τὰς ἑαυτὸν χλω-
μύδας, καὶ μίξας, ἐδειξε τὸν πειστὸν μὲν πύχλιν γλυ-
φειν ἔχοντα τῆς σφραγίδος τεσσάρας. οὐδὲ δια-
έδον οἱ νεανίσκοι, μὲν χαρεῖσσαν αὐτορεγονίτες, σὸν δὲ π-
τὸν αὐτον οὐσέμεναν κλῆρον, αὐτὸν οὐδὲ ἕκαστος τὰς

εἰχεν,

εἶχεν, τὸν ποταμὸν διεξελάσαντες, σὺ χερσὶν ἤσαν
τοῖς πολεμίοις.

Polycrati Samiorum tyranno annulus, quem in mare projecerat, in ventre
piscis repertus summæ calamitatis fuit
nuncius. Historia extat apud Herodotum
libro II. Λῦσιοι σφρηγγὶς τὴν ἐφόρεε χρυσόδετος,
σμαραγδὸν μὲν λίθῳ ἐζούσῃ, λῦσιον Θεοδώρῳ Στη-
λεκλέῳ Σαμίῳ. Επεὶ ἀντωτὸν οἱ ἐδόκεες ἀποβα-
λλειν, ἐποίεε ταύτην. Πεντήντερον αληρώσας αὐδρῶν,
ἐστέβη ἐσ αὐτῶν μῆτρα, αἰναγαγεῖν ἐκέλεσθε εἰς τὸ
πέλαγος. ὡς δὲ ἀπὸ τῆς νήσου ἑκας ἐγένετο, θειελό-
μην οὐ τὸν σφρηγγίδα, πάντων ὁρεόντων τῶν συμ-
πλόων, ἥιπτει εἰς τὸ πέλαγος. τῦτο δε ποιήσας απέ-
θλεε. αἴπιόμην δὲ ἐσ τὰς οἰκίας, συμφορῇ ἐχρῆτο.
πέμπη δὲ ἡ ἄκτη ἡμέρῃ ἀπὸ τέτων, ταύτες οἱ σιωπήσαντες
γενέσθαι. αὐτὴρ αἱρεῖται, λαβὼν ἰχθὺν μέγαν τε καὶ
καλὸν, ἢξις μιν Πολυκράτεϊ δῶρον δοθεῖσαι. Φέρων
τοῦ ἅπειρος θύρας, Πολυκράτεϊ ἐφη ἐθέλειν ἐλθεῖν εἰς
ὅψιν. Χωρίσαντο δὲ οἱ τάττοι, ἔλεγε διδύστης τὸν ἰχθὺν, οὐ
βασιλός, ἐγὼ τὸν δέλτων, καὶ ἐδικούσαντο Φέρεντες αἰγα-
ῖον, καίπερ ἐών ἀστοχειροβίωτος, αἴκα μοι ἐδόκεε
σθο τε εἶναι ἀξιός καὶ τῆς σῆς αἰρχῆς. σοὶ δὴ μιν
Φέρων δίδωμι. οὐδὲ, ηθεῖσι τοῖσι ἐπεστι, αἱμείβεται τοῖς
δε, Κάρχα τε δέ εποίησαι. καὶ χάρεις διπλέη τῶν πελό-
γων καὶ δώρων. καὶ σε ὅπι δεῖπνον καλέομην. οὐ μὴ
δη αἱρεῖται, μέγα ποιεῖ μην οὐ πᾶται, ηγε εἰς τὰς οἰκίας.
τοῦ ἰχθύος πάρνοντες οἱ θεράποντες, δέρεσκοι σὺ
τῇ νηδυῇ αὐτῷ ἐνεύσαντας τὸν Πολυκράτεον σφρηγγίδα.

ὡς ἦσθοντε καὶ ἔλαβον, τάχιστα φέρον πεχαρηγότες
 θρήψαται πολυπορίται. διδόντες δέ οι τινὲς σφραγῖ-
 δας, ἐλεγον ὅτεω τεόπω εὐρεθεῖν. hoc est. Erat ei
 gemma signatoria Smaragdus, quam gestabat
 auro inclusam, opus Theodori Samij Telecle
 geniti. hanc ubi abjiciendam statuit, ita ab-
 jicere libuit. Quinquaginta remorum navem
 conscendit: eam dehinc viros, quibus illam
 instruxerat, in pelagus educere jubet. Et post-
 quam ab insula procul aberat, detractum sibi
 sigillum, iis qui una navigabant, inspectan-
 tibus, abjecit in pelagus: hoc acto naviga-
 vit. Reverso domum, quum ex jactura affi-
 ceretur, quinto sextove, quām hæc acta sunt
 die, hoc ei casu evenit. Piscator quidam ca-
 ptum à se pīscem, grandem sanè & pulchrum
 putavit dignum, quo Polycratem donaret.
 Eum ad fores quum attulisset, dixit se in con-
 spectum Polycratis ire velle: à janitore per-
 missus, donans Polycrati pīscem, Rex, inquit,
 hunc ego quem cepi pīscem, et si operis manua-
 riis vitam tolero, tamen non judicavi feren-
 dum à me esse in forum, sed te tuaque poten-
 tia dignum. Eum itaque affero tibi, dono-
 que. His verbis iste delectatus, ita respondit:
 Tu verò probè, nec factō solū, sed etiam ratio-
 ne apud

ne apud me inisti gratiam : ad cœnamque te
vocatum volo. Hæc magni faciens pescator
domum abiit. Piscem ministri rescidentes,
offendunt in ejus alvo sigillum Polyceratis.
Quod ubi viderunt , sumseruntque , ad Poly-
cratem latabundi quam celerrimè pertule-
rerunt : eoque illi reddito , referebant , quo pa-
cto fuisset inventum. De eodem Plinius
libro xxxvii , capite i. His initis cœpit auto-
ritas , in tantum amorem elata , ut Polycrati
Samio severo insularum ac litorum tyranno
felicitatis suæ , quam nimiam fatebatur etiam
ipse , satis piamenti in unius gemmae volunta-
rio damno videretur , si cum fortuna volubi-
litate paria faceret : planèque ab invidia ejus
abundè se redimi putaret , si hoc unum doluis-
set. Assiduo ergo gaudio lassus , proiectus na-
vicio in altum , annulum mersit. At illum
piscis eximia magnitudine regi natus , escæ
vice raptum , ut ficeret ostentum , in culinam
domini rursus fortuna insidiantis manu red-
didit. Sardonychæm eam gemmam fuisse con-
stat : ostenduntq; Romæ , si credimus , in Con-
cordia delubro , cornu aureo Augustæ dono in-
clusam & novissimū prope locum tot prælatis
obtinente. Et Tzetzes Chilia , vii. hist. cxxi.

επολυκράτης των ιαρέων δεινῶς ἐπίσημόν
οὐ ἔχε πολυπύρην δακτύλιον σμαργύδα,
οὐ τεχνικῶς ἐσφράγισεν ο δακτυλιογλύφος
Θεόδωρος ο Σάμιος ύδες Τηλεκλέας
Εμβάτες εἰς ονάφος, ἔρριψεν εἰς μέσον θηλα-

γες.

Videtur huc allusisse Nero, qui ut *consulto*
Delphis Apolline, *septuagesimum ac tertium*
annum *cavendū sibi audivit*, *quasi eo demum*
obiturus, *ac nihil conjectans de aetate Galbae*,
tanta fiducia, *non modo senectam*, *sed etiam*
perpetuam singularemq; concepit felicitatem,
ut amissis naufragio pretiosissimis rebus, *non*
dubitaverit inter suos dicere, pisces eas sibi re
laturos esse, teste Sveton. in Nerone. c. XL.

Quomodo Edouardo III. Anglorum Re-
gi annulus, quem pauperi olim Eleemo-
synæ loco obtulerat, redditus mortis o-
men fecerit cap. xxii. dictum est.

Arnolphum quoque Lotharingiæ prin-
cipem ex annulo, quem in Mosellam fl.
abjecerat, in piscis ventre aliquantò pōst
invento, de impetrata à Deo peccatorum
venia ominatum esse, autor est Petrus
Damianus Epist. v. cap. x. tomo iii. Biblio-
thecæ S. Patrum: *Hic Arnulphus, Pipini pa-*
ter

ter & Karolomagni Regum avus fuit. Cumq;
divini Spiritus ardore succensus, uxoris affe-
ctus filiorumque postponeret, ac mundana
gloriae pompas, glorifica Christi paupertate
mutaret, ad eremum properans, contigit ut
per fluvium, qui Mosella dicitur, transitum
viator haberet. Sed cum jam medium forte
superinjecti pontis attingeret, ubi torren-
tis alveus profundior decurreret, illic an-
nulum suum sub hac fæderis conditione pro-
jecit: Cum ergo, inquit, annulum hunc
recepero de spumosis fluctibus erutum, tunc
me procul dubio confidam omnium pecca-
torum meorum nexibus absolutum. Mox-
que eremum petiit, ubi non paruo tempo-
re, sibi ac mundo mortuus vixit. Interea
defuncto, qui tunc fuerat, Metensis Ec-
clesiae Antistite, B. Arnulphum ad
curam pastoralis regiminis dispensatio di-
vina provexit. Dumque esu carnium,
prout in eremo assueverat, in Ecclesia ni-
hilominus abstineret, piscis aliquando sibi
delatus est in xenium: Quem coquus ex-
ventrans (Lege exenterans) in illis ejus an-
nulum reperit, eumque mox Domino
suo

suo latabundus offerre curavit. Quem
beatus Episcopus ut aspexit, illico recogno-
vit, & non tam metalli miratus est venam,
quam quia propitiatione divina reatus sui
consequutus est veniam. &cetra. Fulgosus
libro vi. capite ix. Non dissimilis histo-
ria, quanquam in re dissimili, extat apud
Willielmum Malmesburiensem libro iv.
de Gestis Pontificum Anglorum cap. de
Monasteriis, ubi narrat Egwinum Wi-
gorniensem Præfulem peccatorum juve-
nilium quondam consicum, pedes compedibus
irretiisse, clavibus compedium in amnem ja-
ctatis palam dixisse, tunc se demum de pecca-
tis securum futurum, cum compedes vel divi-
nitus, vel ipsis reserarentur clavibus; ita Ro-
mam profectum prosperèq; reversum. Iamve-
rò in illo mari, quo à Gallico continenti in An-
gliam transmittitur, cum navigaret, imma-
nem piscem saltu puppim, qua pontifex vehe-
batur, ingressum, certatimque annitentibus
nautis retentum. In ejus exenterati jecore
clavem repertam, seraque compedium appo-
sitam, Sancto soluto securitatis plurimum
donasse.

De Florentio sartore Hipponeensi homine religioso & paupere , qui piscem grandem in littore palpantem apprehendit, quem trecentis follibus vendiderit, & in cuius ventriculo coquus aureum annulum invenerit , audiamus Augustinum libro xxii. de Ciuit. Dei capite viii.
Erat quidam senex Florentius Hipponeensis noster, homo religiosus & pauper, qui sartoris se arte pascebat, casulam perdiderat. & unde sibi emeret non habebat. Ad viginti martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce ut vestiretur oravit. Adierunt ad eum adolescentes , qui forte aderant irrisores, eumq; descendente exagitantes prosequabantur, quasi a martyribus quinquagenos folles, unde vestimentum emeret, petivisset. At ille tacitus ambulans ejectum grandem piscem palpantem vidit in littore, eumq; illis faventibus atque juvantibus apprehendit, & cuidam coquo Carchoso nomine, bene Christiano ad coquinam conditoriam, indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam comparare inde disponens , ut uxor ejus quo modo posset ei, quo indueretur, efficeret. Sed coquus conscindens piscem, annulum aureum

in ejus ventriculo invenit, moxq; miseratione flexus & religione perterritus homini eum reddidit, dicens, Ecce quomodo viginti martyres te vestiverunt.

Annuli cingulo alligati & sine ipsius annuli vel cinguli fractura in terrā prolapsi meminit idem Augustinus eodem capite, cujus verba hæc sunt: A quodam Iudæo dicit (Petronia) sibi fuisse persuasum, ut annulum capillatio cingulo insereret, quo sub omni ueste ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet sub gemma lapidem in renibus inventum bovis. Hoc alligata quasi remedio ad Sancti martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthagine cum in confinio fluminis Bragada in sua possessione mansisset, surgens ut iter perageret, ante pedes suos illum jacentem annulum vidit & capillatiam zonam, qua fuerat alligatus, mirata tentavit. Quamcum omnino suis nodis firmissimis, sicut fuerat, comperisset astrictam, crepuisse atque exiliisse annulum suspicata est: qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inventus, futura salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse presuisset, atque illud vinculum soluens, simul cum eodem annulo projecit in flumen. Et statim addit idem Augustinus: Non credunt hoc,

qui

qui etiam Dominum Iesum per integrā virginalia matris enīxum & ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt.

Dum in his sum, non prætereundum est, quod de probatione per annulum carentem refert Gregorius Turonensis de Gloriā Martyrūm c. xiii. Rerulit alius vir fidelis, spectasse se Christianum cum hæretico pro fide nostra certantem: alter cantibusque dñi de divinis scriptarīs, cum flecti non posset hæreticus, ut agnosceret veritatem, ait: Si nostræ religionis, si scripturarum testimonia te ad credendum minimè movent, vel virtutem individuæ Trinitatis miraculis experire. Est digito meo annulus aurcus: ego eum in ignem jacio, tu carentem collige: Projectumq[ue] inter prunis annulum ita igniri permisi, ut eis similis cerneretur. Conversusque ad hæreticum ait: Si vera est persecutio tua, sume eum ab igne. Illo autem resistente, ait vir: Immensa Trinitas Deus, si aliquid indignum te credo, ostende. Certè si recta est fides mea, nihil prevalebunt hæc incendia sæva: & ablatum ab igne annulum diutissimè palma sustinuit, & nihil est nocitus: sed magis, confuso hæretico, catholicos reliquos fervore sua fidei roboravit.

R 2

CA-

CAPUT XXIV.

*Proverbia ab annulis sumpta. Per annulum trahi.
Annulum ne gestato. Ratio annuli angusti è digito detra-
hendi ex Aërio.*

Nunc adagia quædam ab annulis sumpta, vel dicta adagiis non dissimilia videbimus. Apud Aristophanem in Pluto Actu iv. Scena iv. Anus conquerens se ab adolescentē derelictam, atque ideo se mœrore exhaustam indicare volens:

*Διὰ δακτυλίς, inquit, μὴ εἰ ἐμεγάρειλ-
κύσεις.*

Itaq; profecto per annulum me traxeris.

Quid autem sit per annulum trahi, docet nos Zenobius, qui Centuria iii. Adagio xviii. *Διὰ δακτυλίς δέ στέλνυσθαι dictum* putat in eos, qui morbo aut dolore tenues redditi sunt, *δητῶν διὰ νόσου οὐ πλειστῶν οὐ
ιγνῶν γνωμήσων.* Vide & Diogenianum Cent. iv. Proverb. xxx. & Svidam Centur. v. Proverb. xlvi. Durat hodieq; proverbium de virginibus gracili corpore, quæ, ut in Eunicho Chærea ait, *curatura juncea sunt, & vinclata corpore, ut graciles fi-
ant.* Allusit hoc Martialis lib. xi. Epigram-

mate

mate cl. quod clarissimus Scriverius quoque notavit:

*Habere amicam nolo flacce subtilem,
Cujus lacertos annuli mei cingant.*

Quomodo apud Quintilianum libro vi. capite i v. Publius Blessus Junium hominem nigrum & macrum & pandum fibulam ferream dixit. Hic quoq; mihi in mentem venit , quod de ovis scribit Plinius libro x. capite lx. *Ova aceto macerata in tantum molliuntur, ut per annulos transseant.*

Est etiam inter Pythagoræ symbola: Δακτύλιον μὴ Φορεῖν, μηδὲ εἰνόρας αὐτοῖς εὐχαριστεῖν θεῶν. Annulum ne gestato, neque Deorum imagines illis insculpito: de cuius Symboli postrema parte suprà dictum est : prior quid sibi velit , audiamus ex Jamblico: οὐδὲ δακτύλιον μὴ Φόρει, αἰσθάνθως τῷ Πυθαρετοῦ ἀρέσκοντι ἔλαυνη εἰς τὸν θεόν πληστιν θέτως, ἐπεὶ δεσμὸς τεόπω περικεπτικὸς Φορεῖται ο δακτύλιος, τὸν έχον τὸ μὴ αἴγχειν, μηδὲ κακείχειν, ἀλλὰ πῶς σφρέμοτεν γέ τρεφει φυσῶς έχειν. δεσμὸς γέ τοι εἶται περιττὸς τῷ σῶμα τῇ Φυχῇ παίρχει. τὸ δὲ, Δακτύλιον μὴ Φορει, αἰσθάνθως φιλοσόφαι ὡς αἰλιθῶς, καὶ χάρειζε τὸ θελκαρικόν δεσμὸν τὸν Φυχῶν. μελέτη γέ θανάτου καὶ χωρισμὸς Φυχῆς δέποτε σώματος ή φιλοσοφίας τοιαῦται.

τὸν ἀρχὴν ποθαρετικὸν μέσην αὐτῷ μετάλη. τὸν
αὐθιστὸν ἐαυτὸν Διός οὐ δύτο σωματικὸν πείται,
καὶ τοῦτο νοῦτον καὶ αὐλαῖ Διός τῶν θεωρητικῶν μαθη-
μάτων καταγγειλεῖν. αὐτὸν καὶ διπόλυεσσον τὸν
αἰμαρτῆματι, καὶ αὐθιστικὸν καλυστεργατὴν φιλο-
σοφῶν σκηνὸς αἰχολόματα, προφάστην τερβιζό-
στας, καὶ τοῦτον εἰς αἴσιες, δεσμὸς τερόπον ποσὶν
καταλαμβανόστας, πορονομίας καὶ αἰχολόματος εἰδι-
αίποτες εμποιήσας. Philippus Beroldus in-
telligit hoc symbolon de non gestando an-
nulo angusto, & eo significari ait, vita li-
bertatem colendam esse & nullo servita-
tis vinculo alligandam. Galatinus libro
ii. Cabalæ de mœrore interpretatur, &
Pythagoram hoc symbolo, Arctum annu-
lum ne gestaro, exclusisse putat cunctum a-
nimī dolorem, nisi super admissō pec-
cato.

Sed quia hic annuli angusti facta est me-
tio, non possum, quin hic Aëtii locum affe-
ram de ratione extrahendi angustiorem
annulum è digito, si forte is ut fieri solet,
intumuerit. Ita autem Aëtius sermone se-
cundo Tetrabibli quartæ c. lxxxii. Annuli a-
liquando digitis impinguntur, quum circulus
ipsorum angustior violenter illorum partibus
crassioribus fuerit adactus: atque hoc tum ma-
xime

